Grammatica


GERMANICÆ LINGVÆ EX OPTIMIS

quibusq; Autoribus collecta Opera & studio.

M. Iohannis Claij Hertzber.


HAC SECVNDA EDItione ab ipso Autore Correcta & multis in locis emendata.






Lipsiæ

M. D. LXXXVII.



AMPLISSIMIS ET CLARISSIMIS VIRIS, GENERE, VIRTVTE, & sapientia præstantissimis, DD. COSS. & toti Senatorio ordini Erphordiæ, Dominis & patronis suis reuerenter colendis,



S. D.

SCribenti mihi de Grammatica linguæ Germanicæ, visum fuit non alienum, præfationis loco dicere aliquid de linguæ & gentis Germanicæ origine & antiquitate. Cum igitur varia sint sub Sole linguarum genera, vt testatur Europa nostra, in qua sunt diuersi sermonis variæ dialecti, & Lucas in Actis scriptum reliquit, Apostolos Spiritu Sancto plenos festo die Pentecostes variis linguis locutos magnalia Dei, quarum gentes complures nominatim enumerat: Sciendum hoc primum, linguam nostram Teutonicam ortum habuisse eodem & loco & tempore, quo natæ sunt aliæ omnes, præter Ebræam, videlicet, cum gens Nimrodica nominis sui memoriam posteritati tradere conata, exædificaret in planicie terræ,

)(2 quæ

quæ Sinear dicebatur, inuſitatæ altitudinis turrim, Anno mundi 1756. quod factum diuinitus impeditum fuit confuſione linguarum, & in perpetuam eius rei memoriam locus ab euentu Babel appellatus eſt, quòd ibi nata eſſet linguarum confuſio & varietas, cum ante id tempus vno & eodem ſermone omnes vbiq; vterentur, vt teſtatur Moſes in Geneſi ſua cap. 11. quem quidem ſermonem fuiſſe primitus Ebræum, nemo eſt qui dubitet. Tunc igitur & Germanicam linguam natam eſſe vero conſentaneum eſt, à quo tempore vſq; ad annum præſentem Christi nati ſeſquimilleſimum ſeptuageſimum octauum, qui eſt ab exordio mundi quinquies milleſimus quingenteſimus quadrageſimus, anni ſunt ter mille ſeptingenti octoginta quatuor, qui antiquitatem linguæ noſtræ oſtendunt. Gens verò ipſa oriunda eſt ab Iapheto Nohæ filio natu maximo, cuius nepos Askenas pater eſt gentis noſtræ, à quo nomen factum credo præpoſito ה hæemantico Theaskenas, vel præpoſitione De, De Askenas, vnde poſtea deprauatè ſcriptum eſt Duiſcones & Tuiſcões, vnde Germanicè aliqui Deudſch aliqui Teutſch ſcribunt. Narrant tamen quidam,

quidam, primum regem Germanorum fuisse Tuisconem, & regem vndecimum Alemanum, quem Adelmanum esse autumat Lutherus, vnde Germani nominati videntur à regibus suis Tuiscones & Alemani, vt Troiani à Troë Troës, à Teucro Teucri, â Dardano Dardanidæ. Germani verò appellantur à fortitudine bellica, prima litera commutata. Heerman enim est vir exercitus seu dux belli, quem Itali Ariminium perperam vocant. Accidit autem literæ mutatio inde, quòd non tantum fortes essent in armis Germani, sed etiam fideles in pugna παραστάται tanquàm fratres, quos Latini germanos appellant. Aliud quoq; etymon Tuisconum seu Teutonum recenset Lutherus in suo Etymologico propriorum nominum, videlicet à cultu Dei sui, quem Düd ex Ebræo דוד appellabant, vnde tracta denominatio Düdisch Saxonum lingua, quæ prima fuit, & per syncopen Düdsch/nunc verò Deudsch dialecto Misnica, & mutata media in suam tenuem Teutsch/ quemadmodum & posteri eorum eodem modo Gotti â Gott id est, Deo dici voluerunt. Sed quæcunq; sanè fuerit primæua gentis nostræ nomenclatura, illud certè inficias

ire nemo poterit, ortos esse Germanos à nepote Iapheti, qui Latinè Ascanius non malè nominatur, cùm ipsi etiam Iudæi appellatione אַשְׁכְּנָז Germanos nominēt. Et si suspicione coniectari liceat, etiam principes Ascaniæ inde denominatos dixerim, & quæ oppida cum Ascher componuntur, non à cinere, sed ab Ascanio denominata videntur. Cum igitur Germanicæ gentis pater sit Askenas primogenitus Gomeri, qui & ipse fuit primogenitus primogeniti Iapheti, sequitur, successione patrum veteri Germanis deberi ius regni & sacerdotij, quorum qnidem vtrumq; nobis contigit sub finem mundi. Nam & imperium Monarchiæ quartæ à Romanis ad Germanos translatum est, vt iam electio quoq; imperatoris sit penes principes Germaniæ: Et verum sacerdotium, quod consistit in prædicatione Euangelij de vero sacrificio Christi, ex idololatricis superstitionibus & tenebris pontificijs ereptum; & ad nos singulari Dei beneficio traductum est, vt iam non solum ex fontibus Prophetarum & Apostolorum Ebraicè & Græcè à doctis, sed & à vulgo Germanicè ex riuulis Lutheri limpidissimis hauriri possit salubris de

iustifica-

iuſtificatione hominis veritas. Ad hæc duo beneficia accedit etiam tertium, quod ius duplicis hæreditatis, quod ipſum quoque primogenitis cedebat, meritò videri & exiſtimari debet; Quòd videlicet præter cognitionem rerum Sacrarum & ad ſalutem noſtram pertinentium, quæ in libris Lutheri planiſsimè & pleniſsimè explicantur, diſci poteſt ex ĳſdem libris etiam perfecta & abſoluta linguæ Germanicæ cognitio, tâm indigenis quâm exteris nationibus vtilis & neceſſaria. Quam quidem ego Grammaticis regulis hoc libro complexus ſum, ex Bibliĳs aliĳsq; ſcriptis Lutheri collectis, cuius ego libros non tàm hominis, quàm Spiritus Sancti per hominem locuti agnoſco, & planè in hac ſum ſententia, Spiritum Sanctum, qui per Moſen cæterosq; prophetas purè Ebraicè, & per Apoſtolos Græcè locutus eſt, etiam benè Germanicè locutum eſſe per electum ſuum organon Lutherum. Absq; hoc enim eſſet, fieri non potuiſſet, vt vnus homo tàm purê, tàm propriè, tâm eleganter Germanicè loqueretur, ſine cuiuſquam ductu & adminiculo, cum præſertim lingua noſtra Germanica habita ſit ſemper difficilima, &

Adeonè vobis Lutherus par censetur Mosi, prophetis et Apostolis?

nullis Grammaticorum regulis comprehendenda. Quod falsum esse cognoscent, qui has breues nostras præceptiunculas, ad methodum Latinæ Grammatices, quoad eius fieri potuit, accommodatas perlegerint, quas quidem ab annis viginti & amplius cogitatione complexi, & diu multumq; præmeditati, nunc primùm in lucem edimus, iuxta illud προοιμιαζόμενον, Sat citò, si sat benè, nihil curantes, vel quid alĳ antę nos scripserint, vel quid pleriq; de nostro labore sint iudicaturi: αὐτὸ γὰρ δείξει τὸ ἔργον. Quòd si qua sunt in his non satis explicata, primis nostris conatibus veniam dari petimus, & promittimus, si hæc primordia grata esse cognouerimus, daturos nos operam, vt, si quid desideratur, id deinceps admoniti labore & studio sarciamus, vel Grammatica auctiore, vel certè Lexico, quod in manibus habemus, intra triennium, vt confidimus, absoluturi, si Deus & vitam & auxilium nobis suppeditauerit, neq; interueniens aliqua calamitas aut cura domestica hunc conatum nostrum impedierit.

Vobis verò viri amplissimi, virtute ac prudentia literisq; clarissimi, quicquid id est laboris, publicè dedico: Sed ita dedi-

co, vt vniuerſa Grammatices huius Germanicæ à me ſcriptæ & editæ exemplaria veſtro nomini & Reipub. inſcripta eſſe ſciatis, neq; putetis, idem à me factum eſſe, quod hoc tempore fieri ſolet à quibuſdam plagiarijs, qui ſuorum prognoſticorum & aliarum lucubratiuncularum vnum atq; alterum exemplum vni alicui nobili, aut comiti, aut oppido inſcribunt, & alia alijs. Quod inhoneſtiſsimum & à literatis alieniſsimum crimen nuper falſo mihi imputatum eſt à ſapientulo quodam in Repub. Franconhuſana, in literis publico nomine & ſub ſigno totius Senatus ad me miſsis, quæ propter inhumanitatem erant neq; tanto magiſtratu, neq; tàm celebri oppido, neq; me vel infimo dignæ. Ad quas ego, & hominis ineptiam admiratus, & nonnihil ſtomachatus, ita reſpondi, vt debui, & vt hominis ſtoliditas merebatur. Sed Deum teſtem facio (Si fas & pietas in cauſſa tam leui id fieri patiuntur) me toto vitæ meæ tempore ab hoc vicio abfuiſſe longiſsimè, & nunquam ne vnicum quidem carmen, nedum integrum aliquod opuſculum dedicaſſe pluribus & diuerſis, quod eſſet iuxta vernaculum noſtrum prouerbium, vna ſorore du-

re duos affines acquirere. Huic rei fidem faciunt exemplaria lucubrationum à me editarum, quas me apud vestram amplitudinem nominare, veniam mihi dari peto. Primitias meas, carmen de Iosepho Iacobi filio & Susanna, ante annos 23. editum, dedicaui patriæ meæ Senatui gratitudinis ergô, quod me in scholam Electorianam Grimmensem miserat. Explicationes Euangeliorum anniuersariorum, quæ Postilla appellantur, carmine Elegiaco contextas, inscripsi Christophoro à Czedlitz compatri meo munificentissimo. Quatuor libros precationum, & Catechismum Lutheri quadrilinguem nuncupaui inclyto & generoso Domino, Dn. Iohanni Friderico Comiti in Hardeck, &c. in Cunstad, Domino meo clementissimo, à quo plurimis maximisq; beneficijs, perpetua memoria dignissimis, sum affectus. Libros tres carminum sacrorum dedicaui Baronibus Christophoro & Iohāni Schenckijs, Dominis in Teupitz & Landsberg, &c. Quinq; libros variorum carminum propter materiæ diuersitatem diuersis inscripsi: Primum quidem, qui Epithalamia continet, amplissimo Senatui Vratislauiensi: Alterum, qui Epicedia habet

& Epitaphia, clarißimo viro Andreæ ab Hertuuig I. V. Doctori Cæsareo consiliario & Fiscali per vtramq; Silesiam: Tertium, in quo sunt Epigrammata, nobilibus Sebastiano, Henrico, & Sigismundo à Czedlitz fratribus: Quartum, qui est versio ἔργων καὶ ἡμερῶν Hesiodi, collegæ & compatri meo M. Martino Taburno illustris scholæ Goldbergēsis Rectori: Quintum & vltimum de origine & conseruatione nominatæ scholæ Goldbergensis ducum Silesiæ, in qua ego nouennium Musicam, Poëticen & Græcam linguam sum professus, Senatui Goldbergensi. Græcorum poëmatum libros sex dedicaui illustrißimo Electori Saxoniæ Augusto, Domino meo clementißimo, cuius me munificentia, omnibus & terris & seculis commemoranda, in schola Grimmensi quinquennium, & in Academia Lipsensi biennium aluit. Libros tres Prosodiæ Latinæ, Græcæ, & Ebraicæ, dedicaui Senatui Northusano, à quo tum ad scholæ ibidem gubernationem vocabar: Grammaticam meam Ebraicam Senatui Franconhusano: Euangelia deniq; anniuersaria τετράγλωττα Senatui Mulhusano. Siquid horum, quæ hactenus enumerata sunt, nuncupa-

nuncupatum eſt à me aliis, quàm his, quos nominaui, dignum me ipſe iudico & pronuncio, de quo omnes ſiniſtrè & ſentiant & loquantur, & qui à ſocietate & conſuetudine bonorum excludatur. Accedit præterea teſtimonium Adami Siberi viri clariſsimi, præceptoris mei cariſsimi, ad quem ſimile factum retuli, indigniſsimè ferens, cum anno ab hoc decimo nono ludimagiſter eſſem in patria mea, & quidam plagiarius verſus aliquot, quos ex Fabricij & Siberi poëmatibus compilauerat, Senatui Hirtzbergenſi dedicaſſet, quo quidem tempore omnem moui lapidem, nulli parcens operæ, vt plagiarium illum inuenirem & in ius vocarem, ſed fruſtrà laboraui, propter nominis, quod fictum erat, incertitudinem. Hæc eò dixi, vt & famam meam omnibus donis cariorem liberem, & hominem illum δοκησίσοφον & κενόδοξον, qui de me ſiniſtrè ſuſpicatus eſt, cuius ſuprà mentionem feci (quicunq; is eſt) retundam. De vobis verò viri ampliſsimi & ſapientiſsimi longè aliud mihi polliceor: tùm quòd & virtute & iudicio & nominis exiſtimatione multis aliis antecellitis, tùm quòd confido meliorem apud vos per quoſdam bonos

factam

factam esse mei mentionem & commendationem. Quæ quidem ipsa cogitatio præcipua ferè caussa fuit, cur vestro nomini, quicquid id est laboris mei, dedicare voluerim: Ad quam accedit consideratio vrbis vestræ, quæ & ex antiquissimis ac laudatissimis vna, & Thuringiæ, quam ego inter dialectos linguæ Germanicæ nõ vltimam censendam existimo, metropolis est: & ad versionem bibliorum Lutheri Germanicam prima principia dedit, & maximum adiumentum attulit. Cum enim Lutherus Augustinianorum bibliothecam Erphordiæ Augustinianus & ipse summo studio perlustrasset, & in Biblia Latina incidisset, lectione libri delectatus à conuentu sui ordinis exemplum illud vtendum petijt, & impetratum diligentissimè perlegit, & memoriæ mandarit. Quod cum cæteri animaduertissent, t propositum eius, quo haud dubiè ipsum e versione Germanica cogitare non obscurè intellexerant, impedirent, repetierint ab ipso commodati libri exemplum: vt à studio suo abstraheretur animus is, alijsq; curis occuparetur, munus ipsi litui & alias seruiles operas imposuerint, melius esse dicentes, oppidatim mendicando

dicando eleemoſynas comportare, quâm ocioſis cogitationibus, tempus perdere, mendicando enim non literis operam dando monaſteria ditari. Sed, vt & Herodotus inquit, ὅ, τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ, & Gamaliel in conſeſſu Senatus Iſraëlitici ſapienter dixit, ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται: εἰ δὲ ἐκ θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, Act. 5. Ita etiam in hac cauſſa Lutheri, quæ Dei erat, idem accidit, neq; conatus eius impediri potuit. Nam & furtim in bibliotheca ſeſe abdidit, & Biblia ſacra ſine intermiſsione attentè legit: & cum intelligeretur, quicquid hac in parte fieret, Dei impulſu fieri, non tantum Bibliorum Latinorum, ſed etiam Ebraicorum librorum exemplaria, quæ voluit, impetrauit ex Bibliotheca Auguſtiniana Erphordiæ, quos libros in perpetuam facti memoriam Senatus precioſiſsimi theſauri inſtar, idq; non immeritò, aſſeruare dicitur. Cum itaq; Lutherus primum Bibliorum exemplum Erphordiæ legendum & deinceps Germanicè interpretandum acceperit: non alienum videri debet, ſi Grammaticam Germanicam ex Biblijs Lutheri collectam eiuſdem vrbis


Senatui dedico. Sed dixerint aliqui, rectius me facturum fuiſſe, ſi exterarum nationum regibus aut rebuspub. hoc Grammatices meæ compendiolum dedicaſſem: Iis ego reſpondeo, me neq; ſumtus in mittendis tabellarijs facere voluiſſe: neq; noticiam aut commendationem apud exteros habere: (quanquam ſunt aliqui, & Bohemi & Poloni, qui diſcipuli mei fuerunt Goldbergæ, & vt aliquando Grammaticã Germanicam conſcriberem precibus â me flagitarunt, ſed abſunt, iam â me longiſsime) neq; externos & exoticos indigenis & domeſticis anteferendos iudicaſſe. Quæ cum ita ſint, â vobis viri ampliſsimi & ſapientiſsimi omni contentione peto, vt has lucubratiunculas meas veſtro nomini inſcriptas non tantum non indignè feratis, ſed etiam contra maleuolorum morſus defendatis, & me cum meis omni humanitate ac liberalitate complectendum, fouendum, & promouendum ſuſcipiatis: Ego contrà polliceor facturum me ſedulò, quantum in me eſt, quod ad veſtræ & Reipub. exornationem & iuuentutis promotionem â me proficiſci poterit, & daturum operam, vt veſtræ erga me beneuolentiæ nunquam vos pœniteat. Quod

reliquum

reliquum eſt, commendo vos & Rempub. veſtram cum Eccleſijs & ſcholis in tutelam Dei, & me meosq; ſecundum Deum in veſtræ amplitudinis amicitiam, ſtudium & fauorem. Valete. Bendelebij, Calendis Ianuarij ineuntis anni 1578. quem toti Germaniæ, communi noſtræ patriæ, contra infauſtum aſtrorum inclinationem, à Deo felicem & ſalutarem exopto.

Amplitudinis veſtræ
ſtudioſiſsimus

M. Iohannes Claius
Hertzbergenſis.



DE GRAMMATICA GERMANICAE LINGVAE.



GRAMMATICA congruè loquendi & ſcribendi ratio & ſcientia in omnibus linguis quatuor partibus conſtat, videlicet. 1. Orthographia quæ docet rectè ſcribere. 2. Proſodia, quæ docet rectè pronunciare 3. Etymologia, quæ docet rectè inflectere, & aliud ex alio formare. 4. Syntaxi, quæ docet voces inter ſe rectè connectere.

De his ſingulis hoc loco, quantum in vernacula noſtra lingua fieri poterit, docebimus, tùm vt nationes exteræ Germanicè loqui diſcant facilius; tùm vt noſtrates indigenæ & loqui diſcant elegantius, & ſcribere emendatius.

DE ORTHOGRAPHIA.

ORthographia literarum rationem continet & docet emendatè scribere, vt neq; omittatur aliqua litera, neq; superflua addatur, neq; fiat literarum vel transpositio, vel distractio, vel permutatio.

Sunt autem literæ, quibus Germanica lingua scribitur, vinginti quatuor, & his characteribus signantur.

Aa / Bb / Cc / Dd / Ee / Ff / Gg / Hh / Ii / Kk / Ll / Mm / Nn / Oo / Pp / Qq / Rr / Sſ / Tt / Vv / Ww / Xx / Yy / Zz.

Efferuntur & valent vt apud Latinos, hoc modo:

A be ce dè e ef ge ha i ka el em en o pe qu er es te v we ix y zet.

Ex his sex sunt Vocales, a e i o u y; Reliquæ omnes Consonantes. Sed ex vocalibus i & v fiunt consonantes,

eum ſyllabam inchoant, & ſequitur alia vocális, & pronunciatur i ferè vt g/ & v vt f/ vt: Jar/ Annus. Jeger / Venator. Joch/ iugum, Jubilieren/Iubilare. Vermanen / Monere. Viel/ Multum. Vol/ Plenum. Et contrà ex conſonantibus w/ quod natura mollius ſonat quam b, & ſolis Germanis proprium eſt, Latinis & Græcis ignotum, & ex gemino vv componitur, interdum vocalis naturam induit, & cum a & e coniunctum diphtongum conſtituit.

Ex vocalibus fiunt diphthongi, au/ aw/ eu/ ew/ ei/ ey/ ai/ ay/ ie/ å ő/ ů/ ui/ vt: Lauffen/ Currere. Schawen/ Spectare. Keuffen / Emere. Frewen/Gaudere. Wein/ Vinum. Frey/ Liber. Waiſe/ Orphanus ſeu Pupillus. Hayn/ Lucus. Thier / Beſtia. Wåhnen / Opinari. Kőnig/ Rex. Wůſte/ Eremus. Hui/ Age.

Ex his ai ay ui rariſsimè vſurpantur.

Prætereo dialectos, quæ variæ ſunt, pro diuerſitate regionum, & quædam peculiares diphthongos habent, vt: ou & ow/ ii/ & yy.

OBSERVATIONES.

I.

Ex vocalibus a interdum clarè, vt Patha Ebreorum, interdum crassè & obscurè vt Camets effertur, quæ pronunciatio vsu discenda est.

II.

In quibusdam geminum ee scribitur, sed vtrumq; contractè, tanquam vnum sit, effertur, vt Seel / Anima Monosyllabicè, tanquam scriptum sit Sel. Sic Neeren / Nutrire. Idem sentiendum de aa / vt: Saal / Aula. Monosyllabicè, tanquam scriptum sit Sal. Sic Saat / Sementis.

III.

Plerunq; e pro å diphthongo scribitur, & effertur perinde vt å / vt: Schemen / Pudere, tanquam scriptum sit Schåmen. Sic Rete / consilia, tanquam scriptum sit Råte. Hoc quoq; docebit vsus.

IIII.

Simplex i nunquam finit dictionem nisi in diphthongo ui. Porrò hæc vocalis

Iis duplici figura scribitur : breuiore, quæ in medio dictionum, & in Præpositione in signatur : & longiuscula, quæ in principio Nominum & Verborum scribitur, sequente altera vocali, vt jar / Annus. jung / Iuuenis. jagen / Venari : Et in Pronominibus tertiæ personæ, Jm / Ipsi vel sibi. Jn / Ipsum. Jr / Ipsi vel sibi. Jnen / Ipsis &c. Et in paucis alijs : Et in dipthongo je initiali, vt jederman / Quisq; jemand / Aliquis.

V.

Etiam ü duplici charactere signatur, aperto & clauso, quorum hoc in principijs dictionum,& cum sit consonans, nunquam verò in fine : illud verò tantum in fine & medio, nunquam in principio vsurpatur, vt : Vater vnser / πατὴρ ἡμῶν Pater nostrum omnium, Wunderbar / Mirabilis. Nu / Nunc. Du / Tu, Süchen / Quærere.

VI.

ÿ nunquam in principio dictionis scribitur, sed semper in fine vt Frey / Liber, Manumissus, non Frei. Sic Zwey /

 Drey/

Drey / Duo, Tria. In medio mutatur in i simplex, vt Freien / Ambire puellam. Zweierley / Dreierley / Duplex, Triplex. Prouerb. 30. Interdum in compositis manet, vt Freystadt / Iosuæ 21.

VII.

Ex diphthongis au/ eu/ ei/ nunquam finiunt dictionem, sed earum loco scribuntur aw/ ew/ ey/ vt Taw / Ros Hew/ Fœnum. Brey / Puls. Excipiuntur peregrina, vt Esau.

VIII.

Ex consonantibus c nunquam dictionem finit, nisi assumat h vel k/ vt: Hoch/ Altus. Kranck / Aegrotus. Excipiuntur peregrina vt Habacuc/ Isaac/ Kuckuc/ ex κόκκυξ vel Cuculus. Leuitici 11. Deuteron. 14.

IX.

K nunquam dictionem terminat sine c vt: Danck/ Gratia. Sack / Saccus.

X.

Ch vt χ Græcorum effertur in fine & medio, à principio verò vt k/ vt Lachen / Redere. Doch / Tamen. Christ/

Christus

Christus, tanquam scriptum sit Krist / Chor / Chorus, tanquam scriptum sit Kor.

X I.

S in principio & medio dictionum scribitur, vt: Sagen / Dicere. Preisen / Glorificare. At in fine dictionum signatur clauso charactere s / vt Meines Vaters / Mei patris. Sch sonat vt Schin / Ebræorum, cum habet punctum in dextro cornu, vt: Schreiben / Scribere, Tisch / Mensa.

X II.

Z sine t, nunquam dictionem claudit, cum illo nunquam dictionem incipit, vt: Nutz / Vtilitas. Hartz / Resina, non Nuz / vel Harz / Contra zwey / Duo, non tzwey; zwelffe / Duodecim, non tzwelffe. Atq; hæc communiora annotasse, satis esto.

DE COGNATIONE LITERARUM.

COgnatæ sunt literæ inter se, ideoq; aliæ in alias mutantur, sed non temerè.

I.

Ex Vocalibus cognatæ ſunt a & e in-terq; ſe permutantur certo modo in comparatione & declinatione nominum, & in formatione temporum vt: Der Man/ Vir. Die Menner/ Viri. Starck/ Fortis. Stercker / Fortior. Lang/ Longus. Lenger / Longior. Ich werffe / Iacio. Ich warff / Iaciebam. Etiam ô & ü interſe permutantur, perinde vt Holem & Schurec apud Hebræos. vt: From & Frum / Probus. Son & Sun / Filius. Kommen & Kummen / Venire. Alterum tamen altero vſitatius eſt.

II.

Ex Diphthongis cognatæ ſunt au & eu / vt Braun / Breuner / Fuſcus. Haus / Heuſer / Domus. Zaun / Zeune/ Sepes. Keuffen/ Emere. Gekaufft/ Emtus. Item ey & ei vt Frey Freyen. Item ei & ie / vt: Schreiben / Scribere, Geſchrieben / Scriptum.

III.

Ex vocalibus & diphtongis cognatæ ſunt, a & å / o & ő / u & ů / ő & ů. vt: Rad/

Rad / Rota. Räder vel Reder / Rotæ. Gros / Magnus. Grösser / Maior. Loch / Foramen. Löcher / Foramina. Wurm / Vermis. Würme / Vermes. Können & Künnen / Posse. Zörnen / & Zürnen Irasci. Ex ω Græco fit ie / & ex u fit ů / vt: θύρ Thier / θύρα, Thůre. Præterea dialectos quibus diphthongi conciduntur vt: Kraut / Herba, Krut. Wein / Vinum Win. Zeichen / Signum Zechen. Bleich / Pallidus Blech.

IIII.

Ex consonantibus cognatæ sunt inter se b & p / g & k / d & t & th / f & v consonans & ph / g & i / c & z. In his spectanda est deriuatio, & numerus pluralis, vt: Das Kalb / Vitulus. non Kalp / quia plurale est. Die Kelber non Kelper. Sic Danck / Gratia, non Dang / quia Dancken / Gratias agere, non Dangen: Contrà Zwang / coactio, non Zwanck. quia Zwingen / Cogere, non Zwincken. Sic Pferd / Equus, non Pfert / quia pluraliter Die Pferde: Contrà Schwert / Gladius non Swerdt / quia pluraliter Schwerter / Cantic: 3 Psal: 149. Esaiæ

2. Ezech. 32. In quibusdam etiam differentia est, vt Sincken / Delabi. & Singen / Canere. Steuben / Excitare puluerem. Steupen / Cædere virgis. Wird / Erit. Wirt / Hospes. Prætereo dialectos, vt: Watter / Saxonicè pro Wasser / Aqua. Wit / pro Weiss / Albus. Rick vel Rich pro Reich / Diues. Hirtz / pro Hirsch / Ceruus. Ditz / & Ditte / pro Dis / Hoc. Sed hæc omnia docebit vsus & Etymologia. Atq; hactenus de Orthographia.

DE PROSODIA.

PRosodia docet accentus seu pronunciationem dictionum, & rationem condendi Carminis. Accentum nullum Germani expressè signant, sed pronunciant, de qua re accipe has regulas.

I.

Disyllaba habent accentum in priore, vt: Leben / Viuere. Geben / Dare. Schreiben / Scribere. Lieben / Amare. Lesen / Legere. Gehen / Ire. Stehen /

Stare

Stare. Sehen/ Videre &c. Expiciuntur incipientia à be / ge / ver / zer/ quæ accentum haben in vltima, vt: Bedacht / Præmeditatus. Gesetz/ Lex. Gethan/ factum. Verlacht / Irrisus. Zerstört / Destructus: Et quæ per concisionem dicuntur, vt: Geliebt/ pro geliebet/ Amatus. Item à Græcis vel Latinis deducta, vt: Prophet / Planet / Natur/ Figur.

II.

Trisyllaba accentum habent in antepenultima, quantacunq; fuerit vltima & penultima, vt: Heiligen / Sanctificare. Züchtigen / Castigare. Antworten/ Respondere. Lebendig / Viuus. Excipiuntur præterita, quæ accentum habent in penultima, seu in syllaba, quæ augmentum sequitur, vt: Geschrieben / Scriptum. Gelesen / Lectum. Gezweifelt / Dubitatum Geliebet / Amatum. Sic & in ijs, quæ ex præterito participio formantur, vt futurum, & totum passiuum, vt infra videbitur. A Græcis & Latinis deducta accentum habent in vltima, vt: Die Facultet / Vniuersitet/

ket / Lection / Nation / Creatur etc.

III.

Accentus in declinando manet in eadem syllaba in obliquis, in qua fuit in nominatiuo vt: Lebendig / Viuus. Des Lebendigen / Viui. Dem Lebendigen / Viuo &c.

IIII.

Composita accentum habent in priore parte compositionis, vt: Abschreiben / Describere. Abreissen / Auellere. Auffnemen / Suscipere. Ansehen / Intueri, Respicere. Cum verò Emphasis est in verbo, tunc ipsum recipit accentum, vt: Kanstus nicht abreissen so magstus abschneiden / Si non potes abrumpere, licet tibi abscindere. Idem fit in compositis, à quibus nunquam auellitur Præpositio inter coniugandum vt: Jch Vberlese / Relego. Perlego.

V.

Composita cum be / ge / ver / zer / accentum habent post particulas istas, vt: Beweisen / Probare. Demonstrare. Bedencken / Considerare. Betrüben / Contristari. Getümmel / Tumultus. Gewissen

ſen / Coſcientia. Verjagen / Relegare. Verſagen / Abnegare. Verzweiffeln / Deſperare. Zerſtören / Deſtruere.

VI.

Partes indeclinabiles compoſitæ cum præpoſitione, vt in eam exeant, habent accentum in ipſa præpoſitione vt: Darauff / ἐπὶ τούτῳ. Darumb / Ideò Zuuor / Antehac. Widerumb / Rurſus. Hindurch / Per, Illac. Daraus / Inde, ex eo. Herab / Deorſum. Damit / Hac re &c. Idem fit in verbis, cum inter coniugandum præpoſitio auellitur, & verbo poſtponitur, vt: Abſchreiben / Deſcribere, Schreib ab / Deſcribe. Auffnemen / Suſcipere, Nim auff / Suſcipe. Ea uerò compoſita, in quibus præpoſitio præcedit, quartam regulam ſequuntur, vt: Auffwerts / Surſum. Niderwerts / Deorſum.

VII.

Cum multa monoſyllaba ex ordine ponuntur, tunc id, quod Emphaſin habet, accentum recipit & eleuatur, cætera βαρυτόνως efferuntur. Sunt autem ferè

ferè aduerbia negandi, affirmandi, prohibendi, loci, temporis, & quædam alia, pro ratione circumstantiarum: Item Pronomina, vt: Jch hab jn geschlagen/ cum persona agentis indicatur, Pronomen Jch recipit accentum, vt: Jch hab jn geschlagen/ quod Latinè dixeris, Ego illum verberaui, q. d. Fateor me id fecisse: Sin persona patientis indicatur à accusatiuus jn recipit accentum, vt: Jch hab jn geschlagen / Ipsum, & non alium: cum verò tempus actionis indicandum est, accentus est in particulà Hab / vt: Jch hab jn geschlagen / q. d. iam factum est: Cùm verò indicanda est ipsa actio, seu modus actionis, accentus est in ipso verbo vt: Jch hab jn geschlagen / Verberaui, q. d. non sauciaui aut confodi illum. Sic, Jch habs jm gegeben/ Ego ipsi dedi: Jch habs jm gegeben/ Ipsi non alij: Jch habs jm gegeben / Iam dedi ipsi: Jch habs jm gegeben/ Dedi seu donaui ipsi, q. d. non vendidi. Sic cum dico: Jch kan vnd wil euch nicht verhalten / Neq; possum neq; volo vos cælare, accentus est in aduerbio negandi: Sin

dico:

dico: Du hasts nicht gekaufft / sondern gestolen / Non es mercatus, sed furatus, accentus est in ipsis verbis. Sed hæc docebit vsus.

De ratione Carminum veteri & noua, ad imitationem Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, dicetur in fine libri. Velle enim docere aliquem compositionem Carminis in ea lingua, cuius cognitionem nondum habeat; perinde est, ac si quis vel surdo narret fabulam, aut cæcum nutu velit aduocare.

DE ETYMOLOGIA.

ETymologia proprias significationes & differentias vocum, & nominum atq; verborum flexiones docet. Sunt autem dictionum differentiæ quæ partes orationis appellantur, apud Germanos totidem & eadem, quæ apud Græcos, quarum quinq; sunt declinabiles, Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Tres indeclinabiles; Aduerbium, Coniun-

ctio, Præpositio. Interiectio sub Aduerbio comprehenditur, vt apud Græcos.

DE ARTICVLO.

ARticulus est nota Nominum, Generum, casuum, & Numerorum. Estq; duplex: Indefinitus singularis Ein/ qui tantum discernit nomen ab alijs orationis partibus, vt: Ein Mann/ Eine Fraw / Ein Buch / Vir, Mulier, Liber. Et finitus, qui Genera, Casus, Numeros indicat, Der/Die/Das/ vt: Der Knecht/ Die Magd / Das Thier / Hic Seruus, Hæc Ancilla, Hoc Animal, Casus vterq; habet Quinq;.

PARADIGMA ARTICVLI INDEFINITI.

		Masculinum.	Fœmininum.	Neutrum.
Sing.	N.	Ein	eine	ein.
	G.	Eines	einer	eines.
	D.	Einem	einer	einem.
	A.	Einen	eine	ein
	Ab.	Von einem/	von einer/	von einem.

Para-

PARADIGMA ARTICVLI FINITI.

	Sing.			Plur.
	Masc.	Fœm.	Neut.	Masc. Fœ. Neut.
N.	der	die	das	die
G.	des	der	des	derer vel der
D.	dem	der	dem	denen vel den
A.	den	die	das	die
Ab.	Von dem.	von der.	von dem.	von denen vel den.

OBSERVATIONES.

I.

Vocatiuo carent articuli, sed eius loco vtimur Pronomine secundæ personæ cum aduerbio vocandi o, Vt: o du / o jhr.

II.

Datiuus & Ablatiuus vtriusq; numeri, & in omnibus generibus, sunt similes, & in fœminino singulari etiam cum his genitiuus. Accusatiuus nominatiuo similis est in fœmininis & neutris, & in plurali in omnibus generibus, vt videre est in paradigmate.

III.

Germani breuitatem amant; ideoq; concisè

contrahunt, &c. (?) ... concisce der & den pro derer & denen dicunt in plurali: Et in singulari eins pro eines/ eim pro einem. Sæpè etiam articulum cum præpositione contrahunt, vt tantùm extrema litera de articulo sit reliqua, Vt: ins Vaters namen/ in patris nomine, pro, in des Vaters namen: Ich gehe zum Vater/eo ad patrem, pro, zu dem Vater. Auffs Feld gehen / pro, auff das feld / ire rus. Zur Kirchen / in templum/pro, zu der Kirchen. In præpositionibus, an/ in/ von/ etiam n abijcitur, Vt: am tage / in die, pro, an dem tage. Im wege/ in via, pro, in dem wege. Vom felde / rure, pro, von dem felde.

IIII.

Indefinitus articulus plurali numero caret: Finiti tria genera conueniunt in plurali in omnibus casibus, vt ostendit paradigma.

DE NOMINE.

NOmen cognoscitur ex additione articuli ein/vel der/die/das/vt: ein Man/vir, eine feder/penna, ein buch/ liber;

der: der Knecht / Seruus, die Magd / Ancilla, das Thier / Animal. Nomen aliud est Proprium, aliud Appellatiuum. Proprium aut est personæ, vt: Johannes / Peter / Anna; aut rei, vt vrbium, pagorum, insularum, montium, & fluuiorum, vt Leipzig / Bendeleben / Malta / der Hundsberg / die Wipper. Propria nomina aut Germanica sunt sua origine, vt: Friderich / diues pacis .i. Salomo, Irenæus, quæ postea ab exteris nationibus vsurpata & corrupta sunt, vt: Vercingetorix, apud Cæsarem, pro Seersinrcich / valde ingeniosus, vel iuxta Lutherum in suo Etymologico transposi.è pro Hertoge Hinrick Saxonicè, quod est Hertzog Heinrich / Dux Henricus. Aut ab alijs linguis petita sunt, vt: Johannes / ex Ebræo Johanan / quod gratiosum significat. Sed siue sint Germanica siue peregrina propria nomina, vulgus concisè & corruptè illa effert, vt quærenti etymon diuinatione interdum opus sit, vt: Kurt vel Kuntze .i. Cunrad / Cunradus, consilio potens, Matz .i. Matthæus; Kete.

& Kattern/ i. Catharina. Ilge. i. Iuliana &c. Et in his suus cuiq; regioni mos est. Appellatiuum aliud est Substantiuum, aliud Adiectiuum. Substantiuum vnius tantum generis est: Adiectiuum verò per tria genera moueri potest. Cognoscitur autem adiectiuum vel ex adiectione particularum, Man / Fraw / Ding / vel ex præpositione articulorum, Der / Die / Das / vt: ein schöner Man / formosus vir, Eine schöne Frawe / formosa fœmina, ein schönes Ding / formosum quiddam, Vel: Der schöne / Die schöne / Das schöne. Formosus, a, um. Pulcher, ra, rum.

Accidunt nomini, Motio, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus, Declinatio, & Species.

MOTIO.

Mouentur adiectiua omnia per tria genera, sed vel per tres terminationes, vel per vnam, de qua re accipe duas regulas.

I.


Tribus terminationibus mouentur

adiecti-

adiectiua, cum adduntur substantiuis & cum articulo indefinito ein & tunc Masculinum desinit in er / Fœmininum in e / Neutrum in es, vt: ein frommer Man / eine frome Frawe / ein fromes Thier / probus Vir, proba Fœmina, probum Animal. Eadem est ratio, cum Pronomina possessiua præponuntur, vt Mein lieber Man / meine liebe Frawe / mein liebes Hertze / mi vir, mea vxor meum cor.

II.

Vna terminatione mouentur adiectiua, cum vel præponuntur ipsis articuli, Der / Die / Das / & tunc in e desinunt, vt: Der / Die / Das frome / & cum substantiuis, Der frome Man / Die frome Frawe / Das frome Thier: Vel cum ipsa adiectiua absolutè, id est, sine articulo, vel prædicati loco ponuntur, & tunc abijciunt e finale, & in consonantem præcedentem desinunt, vt: from / gut / schön / vel, der Man ist from / Vir est probus / die Frawe ist from / Fœmina est proba, Das Thier ist from / Ani-



Animal est probum. Excipitur Weise/ Sapiens, quod e retinet ad differentiam ab adiectiuo Weiß / Albus, Et böse vel böß/ quod vtroq; modo dicitur.

DE MOTIONE SVB-
stantiuorum.

Mouentur & substantiua quædam, sed tantum de genere Masculino in Fœmininum, & sunt pleraq; officiorum & nationum nomina, & quædam animalium vocabula, & horum Fœmininum desinit in in / & mutantur in quibusdam vocales, a in e/ o in ö / u in ü / &c. Item: Der Keyser / Cæsar, Imperator. die Keyserin / imperatrix, der König / Rex; die Königin / Regina, der Fürste / Princeps, die Fürstin / der Graffe / Comes. die Greffin/ der Bürger Ciuis, die Bürgerin / der Bawer / Rusticus, die Bewrin / Rustica, der Schmid / Faber, die Schmidin / der Schwab / Sueuus, die Schwebin / Sueua, der Meisener / Misnensis, die Meisönerin / der Buler/ Amator, die Bülerin / Amatrix, der Wolff / Lupus, die Wölffin / Lupa,

der

der Lewe / Leo, die Lewin / Leæna, der Esel / Asinus, die Eselin / Asina.

COMPARATIO.

Comparantur nomina adiectiua tantum, per tres gradus, de qua re accipe has regulas.

I.

Comparatiuus formatur à positiuo addendo er / & Superlatiuus, addendo ste / vt: Schön / pulcher, schöner / der schönste. In quibusdam interponitur e ante ste / vt: Der elteste / maximus natu. Mutantur & Vocales ac Diphthongi Positiui in Comparatiuo & Superlatiuo, videlicet a in e / o in ö / u in ü / au in eu / vt: Lang / longus, lenger / der lengste. Kranck / ægrotus, krencker / der krenckste. Starck / fortis, firmus / stercker / der sterckste. Warm / Calidus, wermer. Schwach / debilis, infirmus, schwecher. Karg / parcus, ferger. Arg / prauus, erger. Scharff / acutus, scherffer. Gross / magnus, grösser. Voll / plenus / völler. Toll / insanus, töller From / probus, frömer.

tet / Lection / Nation / Creatur etc.

III.

Accentus in declinando manet in eadem ſyllaba in obliquis, in qua fuit in nominatiuo vt: Lebendig / Viuus. Des Lebendigen / Viui. Dem Lebendigen / Viuo &c.

IIII.

Compoſita accentum habent in priore parte compoſitionis, vt: Abſchreiben / Deſcribere. Abreiſſen / Auellere. Auffnemen / Suſcipere. Anſehen / Intueri, Reſpicere. Cum verò Emphaſis eſt in verbo, tunc ipſum recipit accentum, vt: Kanſtus nicht abreiſſen ſo magſtus abſchneiden / Si non potes abrumpere, licet tibi abſcindere. Idem fit in compoſitis, à quibus nunquam auellitur Præpoſitio inter coniugandum vt: Ich Vberleſe / Relego. Perlego.

V.

Compoſita cum be / ge / ver / zer / accentum habent poſt particulas iſtas, vt: Beweiſen / Probare. Demonſtrare. Bedencken / Conſiderare. Betrüben / Contriſtari. Getümmel / Tumultus. Gewiſſen

sen / Coſcientia. Verjagen / Relegare. Verſagen / Abnegare. Verzweiffeln / Deſperare. Zerſtören / Deſtruere.

VI.

Partes indeclinabiles compoſitæ cum præpoſitione, vt in eam exeant, habent accentum in ipſa præpoſitione vt: Darauff / ἐπὶ τούτῳ. Darumb / Ideò Zuuor / Antehac. Widerumb / Rurſus. Hindurch / Per, Illac. Daraus / Inde, ex eo. Herab / Deorſum. Damit / Hac re &c. Idem fit in verbis, cum inter coniugandum præpoſitio auellitur, & verbo poſtponitur, vt: Abſchreiben / Deſcribere, Schreib ab / Deſcribe. Auffnemen / Suſcipere, Nim auff / Suſcipe. Ea uerò compoſita, in quibus præpoſitio præcedit, quartam regulam ſequuntur, vt: Auffwerts / Surſum. Niderwets / Deorſum.

VII.

Cum multa monoſyllaba ex ordine ponuntur, tunc id, quod Emphaſin habet, accentum recipit & eleuatur, cætera βαρυτόνως efferuntur. Sunt autem ferè

ferè aduerbia negandi, affirmandi, prohibendi, loci, temporis, & quædam alia, pro ratione circumstantiarum: Item Pronomina, vt: Ich hab jn geschlagen/ cum persona agentis indicatur, Pronomen Ich recipit accentum, vt: Ich hab jn geschlagen/ quod Latinè dixeris, Ego illum verberaui, q. d. Fateor me id fecisse: Sin persona patientis indicatur, accusatiuus jn recipit accentum, vt: Ich hab jn geschlagen / Ipsum, & non alium: cum verò tempus actionis indicandum est, accentus est in particula Hab / vt: Ich hab jn geschlagen/ q. d. iam factum est: Cùm verò indicanda est ipsa actio, seu modus actionis, accentus est in ipso verbo vt: Ich hab jn geschlagen / Verberaui, q. d. non sauciaui aut confodi illum. Sic, Ich habs jm gegeben/ Ego ipsi dedi: Ich habs jm gegeben/ Ipsi non alij: Ich habs jm gegeben / Iam dedi ipsi: Ich habs jm gegeben/ Dedi seu donaui ipsi, q. d. non vendidi. Sic cum dico: Ich kan vnd wil euch nicht verhalten / Neq; possum neq; volo vos celare, accentus est in aduerbio negandi: Sin dico:

dico: Du hasts nicht gekaufft/ sondern gestolen / Non es mercatus, sed furatus, accentus est in ipsis verbis. Sed hæc docebit vsus.

De ratione Carminum veteri & noua, ad imitationem Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, dicetur in fine libri. Velle enim docere aliquem compositionem Carminis in ea lingua, cuius cognitionem nondum habeat; perinde est ac si quis vel surdo narret fabulam, aut cæcum nutu velit aduocare.

DE ETYMOLOGIA.

Etymologia proprias significationes & differentias vocum, & nominum atq; verborum flexiones docet. Sunt autem dictionum differentiæ quæ partes orationis appellantur, apud Germanos totidem & eadem, quæ apud Græcos, quarum quinq; sunt declinabiles, Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Tres indeclinabiles; Aduerbium, Coniun-

ctio,

ctio, Præpositio. Interiectio sub Aduerbio comprehenditur, vt apud Græcos.

DE ARTICVLO.

ARticulus est nota Nominum, Generum, casuum, & Numerorum, Estq; duplex ; Indefinitus singularis Ein/ qui tantum discernit nomen ab alijs orationis partibus, vt : Ein Mann/ Eine Fraw / Ein Buch / Vir, Mulier, Liber. Et finitus, qui Genera, Casus, Numeros indicat, Der/Die/Das/ vt : Der Knecht/ Die Magd [illegible] Thier [illegible] Seruus, Hæc An[illegible] [illegible]us vterq; habet [illegible]

[illegible]IGV[illegible] [illegible]TICVLI

IND[illegible]

[illegible]m. Neutrum

[illegible] ne ein.

einer

einer

eine

[illegible]

PARADIGMA ARTICVLI FINITI.

	Sing.			Plur.	
	Masc.	Fœm.	Neut.	Masc. Fœ. Neut.	
N.	der	die	das	die	
G.	des	der	des	derer vel der	
D.	dem	der	dem	denen vel den	
A.	den	die	das	die	
Ab.	Von dem.	von der.	von dem.	von denen vel den.	

OBSERVATIONES.

I.

...ocatiuo carent articuli, sed eius lo-
...ur Pronomine secundæ personæ
...rbio vocandi o, Vt: o du / o jhr,

II.

...iuus & Ablatiuus vtriusq; nume-
... omnibus generibus, sunt similes,
...minino singulari etiam cum his
... Accusatiuus nominatiuo simi-
... mininis & neutris, & in plura-
...bus generibus, vt videre est in
...te.

III.

...nani breuitatem amant; ideoq;

sentiscere der & den pro derer & denen dicunt in plurali: Et in singulari eins pro eines/ eim pro einem. Sæpè etiam articulum cùm præpositione contrahunt, vt tantùm extrema litera de articulo sit reliqua, Vt: ins Vaters namen/ in patris nomine, pro, in des Vaters namen: Ich gehe zum Vater/eo ad patrem, pro, zu dem Vater. Auffs Feld gehen/ pro. auff das feld/ ire rus. Zur Kirchen/ in templum/pro, zu der Kirchen. In præpositionibus, an/ in/ von/ etiam n abijcitur, Vt: am tage/ in die, pro, an dem tage. Im wege/ in via, pro, in dem wege. Vom felde/ rure, pro, von dem felde.

IIII.

Indefinitus articulus plurali numero caret: Finiti tria genera conueniunt in plurali in omnibus casibus, vt ostendit paradigma.

DE NOMINE.

Nomen cognoscitur ex additione articuli ein/ vel der/die/das/ vt: ein Man/ vir, eine feder/ penna, ein buch/ liber:

ber: der Knecht / Seruus, die Magd / Ancilla, das Thier / Animal. Nomen aliud est Proprium, aliud Appellatiuum. Proprium aut est personæ, vt: Johannes / Peter / Anna; aut rei, vt vrbium, pagorum, insularum, montium, & fluuiorum, vt Leipzig / Bendeleben / Malta / der Hundsberg / die Wipper. Propria nomina aut Germanica sunt sua origine, vt: Friderich / diues pacis .i. Salomo, Irenæus, quæ postea ab exteris nationibus vsurpata & corrupta sunt, vt: Vercingetorix, apud Cæsarem, pro Seersinrcich / valde ingeniosus, vel iuxta Lutherum in suo Etymologico transposi.è pro Hertoge Hinrick Saxonicè, quod est Hertzog Heinrich / Dux Henricus. Aut ab alijs linguis petita sunt, vt: Johannes / ex Ebræo Johanan / quod gratiosum significat. Sed siue sint Germanica siue peregrina propria nomina, vulgus concisè & corruptè illa effert, vt quærenti etymon diuisatione interdum opus sit, vt: Kurt vel Kuntze .i. Cunrad / Cunradus, consilio potens, Matz .i. Matthæus, Kete-

 &c

& Kattern/ i. Catharina. Ilge. i. Iuliana &c. Et in his ſuus cuiq; regioni mos eſt. Appellatiuum aliud eſt Subſtantiuum, aliud Adiectiuum. Subſtantiuum vnius tantum generis eſt: Adiectiuum verò per tria genera moueri poteſt. Cognoſcitur autem adiectiuum vel ex adiectione particularum, Man / Fraw / Ding / vel ex præpoſitione articulorum, Der / Die / Das / vt: ein ſchöner Man/ formoſus vir, Eine ſchöne Frawe / formoſa fœmina, ein ſchönes Ding / formoſum quiddam, Vel: Der ſchöne / Die ſchöne / Das ſchöne. Formoſus, a, um. Pulcher, ra, rum.

Accidunt nomini, Motio, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Caſus, Declinatio, & Species.

MOTIO.

Mouentur adiectiua omnia per tria genera, ſed vel per tres terminationes, vel per vnam, de qua re accipe duas regulas.

I.


Tribus terminationibus mouentur

adiectiː

adiectiua, cum adduntur substantiuis & cum articulo indefinito ein & tunc Masculinum desinit in er / Fœmininum in e / Neutrum in es, vt: ein frommer Man / eine frome Frawe / ein fromes Thier / probus Vir, proba Fœmina, probum Animal. Eadem est ratio, cum Pronomina possessiua præponuntur, vt Mein lieber Man / meine liebe Frawe / mein liebes Hertze / mi vir, mea vxor meum cor.

II.

Vna terminatione mouentur adiectiua, cum vel præponuntur ipsis articuli, Der / Die / Das / & tunc in e desinunt, vt: Der / Die / Das frome / & cum substantiuis, Der frome Man / Die frome Frawe / Das frome Thier: Vel cum ipsa adiectiua absolutè, id est, sine articulo, vel prædicati loco ponuntur, & tunc abijciunt e finale, & in consonantem præcedentem desinunt, vt: from / gut / schön / vel, der Man ist from / Vir est probus / die Frawe ist from / Fœmina est proba, Das Thier ist from /



der Lewe / Leo, die Lewin / Leæna, der Esel / Asinus, die Eselin / Asina.

COMPARATIO.

Comparantur nomina adiectiua tantum, per tres gradus, de qua re accipe has regulas.

I.

Comparatiuus formatur à positiuo addendo er / & Superlatiuus, addendo ste / vt: Schön / pulcher, schöner / der schönste. In quibusdam interponitur e ante ste / vt: Der elteste / maximus natu. Mutantur & Vocales ac Diphthongi Positiui in Comparatiuo & Superlatiuo, videlicet a in e / o in ő / u in ű / au in eu / vt: Lang / longus, lenger / der lengste. Kranck / ægrotus, krencker / der krenckste. Starck / fortis, firmus / stercker / der sterckste. Warm / Calidus, wermer. Schwach / debilis, infirmus, schwecher. Karg / parcus, kerger. Arg / prauus, erger. Scharff / acutus, scherffer. Groß / magnus, grősser. Voll / plenus / vőller. Toll / insanus, tőller. From / probus, frőmer.

tet / Lection / Nation / Creatur etc.

III.

Accentus in declinando manet in eadem syllaba in obliquis, in qua fuit in nominatiuo vt: Lebendig / Viuus. Des Lebendigen / Viui. Dem Lebendigen / Viuo &c.

IIII.

Composita accentum habent in priore parte compositionis, vt: Abschreiben / Describere. Abreissen / Auellere. Auffnemen / Suscipere. Ansehen / Intueri, Respicere. Cum verò Emphasis est in verbo, tunc ipsum recipit accentum, vt: Kanstus nicht abreissen so magstus abschneiden / Si non potes abrumpere, licet tibi abscindere. Idem fit in compositis, à quibus nunquam auellitur Præpositio inter coniugandum vt: Ich Vberlese / Relego. Perlego.

V.

Composita cum be / ge / ver / zer / accentum habent post particulas istas, vt: Beweisen / Probare. Demonstrare. Bedencken / Considerare. Betrüben / Contristari. Getümmel / Tumultus. Gewissen

sen / Coscientia. Verjagen / Relegare. Versagen / Abnegare. Verzweiffeln / Desperare. Zerstören / Destruere.

VI.

Partes indeclinabiles compositæ cum præpositione, vt in eam exeant, habent accentum in ipsa præpositione vt: Darauff / ἐπὶ τούτῳ. Darumb / Ideò Zuuor / Antehac. Widerumb / Rursus. Hindurch / Per, Illac. Daraus / Inde, ex eo. Herab / Deorsum. Damit / Hac re &c. Idem fit in verbis, cum inter coniugandum præpositio auellitur, & verbo postponitur, vt: Abschreiben / Describere, Schreib ab / Describe. Auffnemen / Suscipere, Nim auff / Suscipe. Ea uerò composita, in quibus præpositio præcedit, quartam regulam sequuntur, vt: Auffwerts / Sursum. Niderwets / Deorsum.

VII.

Cum multa monosyllaba ex ordine ponuntur, tunc id, quod Emphasin habet, accentum recipit & eleuatur, cætera βαρυτόνως efferuntur. Sunt autem fe-

rè

ferè aduerbia negandi, affirmandi, prohibendi, loci, temporis, & quædam alia, pro ratione circumstantiarum: Item Pronomina, vt: Ich hab jn geschlagen/ cum persona agentis indicatur, Pronomen Ich recipit accentum, vt: Ich hab jn geschlagen/ quod Latinè dixeris, Ego illum verberaui, q. d. Fateor me id fecisse: Sin persona patientis indicatur, accusatiuus jn recipit accentum, vt: Ich hab jn geschlagen/ Ipsum, & non alium: cum verò tempus actionis indicandum est, accentus est in particula Hab/ vt: Ich hab jn geschlagen/ q. d. iam factum est: Cùm verò indicanda est ipsa actio, seu modus actionis, accentus est in ipso verbo vt: Ich hab jn geschlagen/ Verberaui, q. d. non sauciaui aut confodi illum. Sic, Ich habs jm gegeben/ Ego ipsi dedi: Ich habs jm gegeben/ Ipsi non alij: Ich habs jm gegeben/ Iam dedi ipsi: Ich habs jm gegeben/ Dedi seu donaui ipsi, q. d. non vendidi. Sic cum dico: Ich kan vnd wil euch nicht verhalten/ Neq; possum neq; volo vos cælare, accentus est in aduerbio negandi: Sin dico:

dico: Du hasts nicht gekaufft/ sondern gestolen / Non es mercatus, sed furatus, accentus est in ipsis verbis. Sed hæc docebit vsus.

De ratione Carminum veteri & noua, ad imitationem Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, dicetur in fine libri. Velle enim docere aliquem compositionem Carminis in ea lingua, cuius cognitionem nondum habeat, perinde est ac si quis vel surdo narret fabulam, aut cæcum nutu velit aduocare.

DE ETYMOLOGIA.

Etymologia proprias significationes & differentias vocum, & nominum atq; verborum flexiones docet. Sunt autem dictionum differentiæ quæ partes orationis appellantur, apud Germanos totidem & eadem, quæ apud Græcos, quarum quinq; sunt declinabiles, Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Tres indeclinabiles, Aduerbium, Coniun-

ctio,

ctio, Præpositio. Interiectio sub Aduerbio comprehenditur, vt apud Græcos.

DE ARTICVLO.

ARticulus est nota Nominum, Generum, casuum, & Numerorum. Estq; duplex: Indefinitus singularis Ein/ qui tantum discernit nomen ab alijs orationis partibus, vt: Ein Mann/ Eine Fraw / Ein Buch / Vir, Mulier, Liber. Et finitus, qui Genera, Casus, Numeros indicat, Der/Die/Das/ vt: Der Knecht/ Die Magd / Das Thier / Hic Seruus, Hæc Ancilla, Hoc Animal. Casus vterq; habet Quinq;.

PARADIGMA ARTICVLI INDEFINITI.

		Masculinum.	Fœmininum.	Neutrum.
Sing.	N.	Ein	eine	ein.
	G.	Eines	einer	eines.
	D.	Einem	einer	einem.
	A.	Einen	eine	ein
	Ab.	Von einem/	von einer/	von einem.

Para-

PARADIGMA ARTICVLI FINITI.

	Sing.			Plur.	
	Masc.	Fœm.	Neut.	Masc. Fœ. Neut.	
N.	der	die	das	die	
G.	des	der	des	derer vel der	
D.	dem	der	dem	denen vel den	
A.	den	die	das	die	
Ab.	Von dem.	von der.	von dem.	von denen vel den.	

OBSERVATIONES.

I.

Vocatiuo carent articuli, sed eius loco vtimur Pronomine secundæ personæ cum aduerbio vocandi o, Vt: o du / o jhr,

II.

Datiuus & Ablatiuus vtriusq; numeri, & in omnibus generibus, sunt similes, & in fœminino singulari etiam cum his genitiuis. Accusatiuus nominatiuo similis est in fœmininis & neutris, & in plurali in omnibus generibus, vt videre est in paradigmate.

III.

Germani breuitatem amant; ideoq;

 concisè

concisce der & den pro derer & denen dicunt in plurali: Et in singulari eins pro eines/ eim pro einem. Sæpè etiam articulum cum præpositione contrahunt, vt tantùm extrema litera de articulo sit reliqua, Vt: ins Vaters namen/ in patris nomine, pro, in des Vaters namen: Ich gehe zum Vater/eo ad patrem, pro, zu dem Vater. Auffs Feld gehen/ pro, auff das feld/ ire rus. Zur Kirchen/ in templum/pro, zu der Kirchen. In præpositionibus, an/ in/ von/ etiam n abijcitur, Vt: am tage/ in die, pro, an dem tage. Im wege/ in via, pro, in dem wege. Vom felde/ ruro, pro, von dem felde.

IIII.

Indefinitus articulus plurali numero caret: Finiti tria genera conueniunt in plurali in omnibus casibus, vt ostendit paradigma.

DE NOMINE.

NOmen cognoscitur ex additione articuli ein/ vel der/ die/ das/ vt: ein Man/ vir, eine feder/ penna, ein buch/ liber:

der: der Knecht / Seruus, die Magd / Ancilla, das Thier / Animal. Nomen aliud est Proprium, aliud Appellatiuum. Proprium aut est personæ, vt: Johannes/ Peter/Anna; aut rei, vt vrbium, pagorum, insularum, montium, & fluuiorum, vt Leipzig / Bendeleben / Malta / der Hundsberg / die Wipper. Propria nomina aut Germanica sunt sua origine, vt: Friderich / diues pacis .i. Salomo, Irenæus, quæ postea ab exteris nationibus vsurpata & corrupta sunt, vt: Vercingetorix, apud Cæsarem, pro Seersinrcich / valde ingeniosus, vel iuxta Lutherum in suo Etymologico transposi.è pro Hertoge Hinrick Saxonicè, quod est Hertzog Heinrich / Dux Henricus. Aut ab alijs linguis petita sunt, vt: Johannes / ex Ebræo Johanan/ quod gratiosum significat. Sed siue sint Germanica siue peregrina propria nomina, vulgus concisè & corruptè illa effert, vt quærenti etymon diiudicatione interdum opus sit, vt: Kurt vel Kuntze .i. Cunrad / Cunradus, consilio potens, Matz .i. Matthæus, Kete.

& Kattern/ i. Catharina. Ilge. i. Iuliana &c. Et in his suus cuiq; regioni mos est. Appellatiuum aliud est Substantiuum, aliud Adiectiuum. Substantiuum vnius tantum generis est: Adiectiuum verò per tria genera moueri potest. Cognoscitur autem adiectiuum vel ex adiectione particularum, Man / Fraw / Ding / vel ex præpositione articulorum, Der / Die / Das / vt: ein schöner Man/ formosus vir, Eine schöne Frawe / formosa fœmina, ein schönes Ding / formosum quiddam, Vel: Der schöne/ Die schöne / Das schöne. Formosus, a, um. Pulcher, ra, rum.

Accidunt nomini, Motio, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus, Declinatio, & Species.

MOTIO.

Mouentur adiectiua omnia per tria genera, sed vel per tres terminationes, vel per vnam, de qua re accipe duas regulas.

I.


Tribus terminationibus mouentur adiecti-

adiectiua, cum adduntur ſubſtantiuis & cum articulo indefinito ein & tunc Maſculinum deſinit in er / Fœmininum in e / Neutrum in es, vt: ein frommer Man/ eine frome Frawe / ein fromes Thier / probus Vir, proba Fœmina, probum Animal. Eadem eſt ratio, cum Pronomina poſſeſsiua præponuntur, vt Mein lieber Man / meine liebe Frawe / mein liebes Hertze / mi vir, mea vxor meum cor.

II.

Vna terminatione mouentur adiectiua, cum vel præponuntur ipſis articuli, Der / Die / Das / & tunc in e deſinunt, vt: Der / Die / Das frome / & cum ſubſtantiuis, Der frome Man / Die frome Frawe / Das frome Thier: Vel cum ipſa adiectiua abſolutè, id eſt, ſine articulo, vel prædicati loco ponuntur, & tunc abijciunt e finale, & in conſonantem præcedentem deſinunt, vt: from/ gut / ſchön / vel, der Man iſt from / Vir eſt probus / die Frawe iſt from / Fœmina eſt proba, Das Thier iſt from /

 Ani-



der Lewe / Leo, die Lewin / Leæna, der Esel / Asinus, die Eselin / Asina.

COMPARATIO.

Comparantur nomina adiectiua tantum, per tres gradus, de qua re accipe has regulas.

I.

Comparatiuus formatur à positiuo addendo er / & Superlatiuus, addendo ste / vt: Schön / pulcher, schöner / der schönste. In quibusdam interponitur e ante ste / vt: Der elteste / maximus natu. Mutantur & Vocales ac Diphthongi Positiui in Comparatiuo & Superlatiuo, videlicet a in e / o in ö / u in ü / au in eu / vt: Lang / longus, lenger / der lengste. Kranck / ægrotus, krencker / der krenckste. Starck / fortis, firmus / stercker / der sterckste. Warm / Calidus, wermer. Schwach / debilis, infirmus, schwecher. Karg / parcus, kerger. Arg / prauus, erger. Scharff / acutus, scherffer. Groß / magnus, grösser. Voll / plenus / völler. Toll / insanus, töller From / probus, frömer.

frömer. Klug / prudens, klüger. Jung. iuuenis, jünger. Braun / fuscus, breuner / der breunste etc.

II.

Quorum Positiuis additur Aduerbium intendendi sehr / wol / eben / fast / eorum Comparatiuis additur, particula noch / & Superlatiuis aller / vt: Wolgelert / perdoctus, noch gelerter / multò doctior, der aller gelertste / longè doctissimus.

III.

Quædam irregulariter comparantur, vt: Gut / besser / der beste / Bonus, melior, optimus. Böss / erger / der ergste / Malus, peior, pessimus. Viel / mehr / das meiste / Multum, plus, plurimum. Quædam etiam Comparationem non recipiunt, vt: Linck / sinister. Recht / dexter. Todt / mortuus. Lebendig / viuus. Et his similia.

GENVS

GENVS.

Genera Nominum ſunt ſeptem, vt:

1. Maſculinum	Cuius nota eſt articulus	der / vt der Man / Vir.
2. Fœmininum		die / vt die Frawe / Fœmina.
3. Neutrum		das / vt das Haus / Domus.
4. Commune		der & die / vt der oder die Geuatter. Compater, Commater.
5. Omne		der / die / das / vt in adiectiuis.

6. Epicœnum, cum vno articulo vtrumq; sexum complectimur, quod fit in Animalium appellationibus, vt: der Sperling/Passer, der Storch vel Storck Ciconia, die Schwalbe / Hirundo, der Hund/Canis, die Katze/Catus, der Hecht Lupus piscis.

7. Dubium, cum vox aliqua diuersis generibus effertur, vt: der teil/ & das teil/ Pars, der Scepter & das Scepter/ Sceptrum, die erkendnis & das erkendnis / Noticia, die gifft/ & das gifft/ Venenum, Et alia. Sed in his videndum, quid probet vsus, & suus cuiq; regioni tropus est.

Cognoscitur autem Genus, apud Germanos quatuor modis. 1. Ex articulo, Masculino enim præponitur der/ Fœminino die / Neutro das / vt iam dictum est. 2. Ex adiectiuo addito per regulas de motione traditas. 3. Ex significatione per regulas generales. 4. Ex terminatione per regulas Speciales.

REGVLAE GENERALES.

I.

Virorum, officiorum virilium, mensium, ventorum, & quadrantum anni nomina sunt generis Masculini. Virorum, vt: Johannes. Officiorum, vt: der Vater / Pater, der Sohn / Filius. Vetter / Patruus, Schwager / Affinis. Keyser / Imperator, König / Rex. Bürgermeister / Consul. Schmid / Faber. Mensium, vt: Jenner / Ianuarius, Hornung / Februarius, Mertz / April / May / Brachmonat / Hewmonat / Augstmonat / Herbstmonat / Weinmonat / Wintermonat / Christmonat. Ventorum, vt: Ostwind / qui flat ab ortu, & collaterales eius Ostsude / & Ostnord: Westwind / qui flat ab occasu, & collaterales eius, Westsude / & Westnord. Sudwind / qui flat à meridie, & collaterales eius Sudost / & Sudwest. Nordwind / qui flat à septentrione, & collaterales eius, Nordost & Nordwest. Quadrantum anni, vt: der Früling vel Lentz / Ver.

Som.

Sommer / Aestas, Herbst / Autumnus, Winter / Hyems.

11.

Mulierum, muliebrium officiorum arborum, quibus γυνικὸν non additur, & pleraq; fructuum ac fluuiorum nomina, sunt generis Fœminini. Mulierum, vt: Anna / Martha. Officiorum, vt: die Mutter / Mater, die Tochter / Filia, die Amme / Nutrix, die Magd / Ancilla. Arborum, vt: die Eiche / Quercus, die Tanne / Abies, die Fichte / Pinus, die Pappel / Populus, die Linde / Tilia. Fructuum, vt: die Nüss / Nux, die Birn / Pirum, die Pflaume / Prunum, die Kirsche / Cerasum. Excipitur der Apffel / Pomum, der Spilling / Prunum cereum, & quædam alia, quæ docebit vsus. Fluuiorum, vt: die Donaw / Danubius, die Elbe / Albis, die Elster / Elyster, die Wipper / Vippera, die Helm / Helmus, die Mulde / Molda, die Neisse / Nissa, &c. Excipiuntur der Jordan / Iordanes, der Rhein / Rhenus, der Mein / Mœnus, & quædam alia.

Vrbium,

III.

Vrbium, oppidorum, pagorum, & literarum nomina sunt generis Neutri, vt: das Leipzig / das Northausen / das Bendeleben / das Grüningen / das A / das B. das C. Sed horum γενικὰ articulis differunt, vt: die Stadt / der Flecke / oder Marck / das Dorff / der Buchstabe / Vrbs, Oppidum seu Castellum, Pagus, Litera. Sunt etiam Neutri generis Infinitiui, cum in nomina degenerant, & alia quæ τεχνικῶς ponuntur, vt: das thun / ipsum facere, das schreiben / ipsum scribere, das beten / ipsum orare, das Magister / das fa / das la / das re / das ja / das nein.

IIII.

Quæ conueniunt viris ac mulieribus, non mutata terminatione, sunt Communis generis, vt: der Geuatter / Compater, die Geuatter / Commater vel iuxta quosdam Compatrissa. Et dicitur quasi Jauater .i. Pater Spiritualis, qui infantis loco Diabolo renun-

cietq

ciet, & confesſionem fidei edat, cum ad interrogata baptiſtæ Ja. i. ita dicere iubetur. Sed pauca ſunt Communia Germanis, atq; haud ſcio, an vllum præterea ſit, ſi non ſit der & die Gemahl/ quod tamen in Neutro rectius effertur. Nam quæ Oelingerus affert in ſua Grammatica, ea non agnoſco. Dicimus enim der Widwer / Viduus, & die Widwe / Vidua, Cætera litina ſunt.

V.

Numeralia à tribus ad mille in infinitum vſq; ſunt generis Omnis, vt: drey Menner / tres Viri, drey Frawen / tres Fœmininæ, drey Thiere / tria Animalia. At ſubſtantiuum centum & mille, generis Neutri eſt, vt: das hundert/das tauſent. Vnum & duo, variantur per genera diſtinctis terminationibus, vt: Einer / eine / eines & conciſè eins. Et cum ſubſtantiuo, ein/ eine / ein. De cæteris numeralibus vide infra in Syntaxi, Zween / zwo / zwey.

Quadru.

VI.

Quadrupedum, volucrum, piscium, & reptilium nomina sunt Epicœna. Sed ex his quæ in e desinunt, pleraq; sunt Fœminina, vt: die Katze / Catus, die Meise / Parix, die Olrupe / Lacertus, die Raupe / Eruca. Cætera ferè Masculina sunt, vt: der Hund / Canis. der Specht / Picus, der Hecht / Lupus. der Kefer / Scarabeus. Excipiuntur tamen quædam vtrinq;, quæ docebit vsus & lexicon adhibitum.

VII.

Quæ Dubij generis sunt, in his videndum, vtrum genus crebrius vsurpetur, & numqua sit differentia, vt: der teil & das teil / Pars. Du solt keinen teil vnter jhnen haben / Non habebis vllam partem inter eos. Numeri 18. Gib mir das teil der Güter / das mir gehöret / Da mihi partem meam proportionalem. Lucæ. 15. Sic der Scepter & das Scepter. Den Güldenen Scepter / aureum sceptrum. Esther 5. Es sol das Scepter von Juda nicht endwendet werden /

Non

Non auferetur sceptrum de Iuda, Gen. 49. Sceptrum pro regno. Der & die schos / Gremium, Sinus, Vnd sie liess jn entschlaffen auff jrem schos / Dormire eum fecit in sinu suo, Jud. 16. Vnd legets auff jre schos / Posuit in sinu suo, Ruth. 4.

VIII.

Composita eiusdem sunt generis, cuius est χυνικὸμ ipsorum in quod desinunt, vt: der Apffelbaum / Pomus, der Birnbaum / Pirus, quia der Baum Arbor. Der Strausberg / der Risenberg / quia der Berg Mons, der Blutstein / Hæmatites, der Marmolstein / Marmor, quia der Stein / Lapis. Der Jarmarckt / Nundinæ, der Kornmarckt / Forum frumentarium, quia der Marckt Forum. Das Panterthier / Panthera, das Murmelthier / Mus alpinus, quia das Thier Animal. Das Einhorn / Vnicornis, das Eichhorn / Sciurus, quia das Horn / Cornu, Sic de alijs sentiendum.

Regulæ

REGVLAE SPECIALES.

Ex terminatione etsi aliquo modo cognoscitur genus, Fœminina enim pleraq; in a desinunt, Et quæ eiusdem sunt terminationis, eiusdem ferè sunt generis: tamen hoc non est perpetuum, sed vtrinq; excipiuntur complura, ideoq; genus aut vsu discendum, aut ex Lexico quærendum est. Annotabimus tamen quædam iuxta terminationes secundum ordinem Alphabeti.

Desinentia in a.

In a desinentia omnia ferè Fœminina sunt, cum sint pleraq; nomina mulierum, vt: Anna/ Maria.

Desinentia in b.

Masculina sunt hæc: Der Stab/ Baculus. der Raub/ Præda. der Leib/ Corpus. der Dieb/ Fur. der Hieb/ Ictus. der Korb/ Corbis.

Neutra sunt: Das Grab / Sepulcrum. das Weib / Mulier. das Kalb / Vitulus. das Lamb / Agnus.

Desinentia in c.

In c desinentia nulla sunt apud Germanos, sed in ck. Si qua in c desinunt, ea peregrina sunt. vt: Habacuc / nomen Prophetæ. Isaac / nomen Patriarchæ. Kuckuck / Coccyx seu Cuculus. Leuitici 11. Deuteron. 14.

Desinentia in d.

Masculina sunt: Der Grad / Gradus. der Tod / Mors. der Eid / Iuramentum. der Neid / Inuidia. der Sand / Arena. der Rand / Margo. der Stand / Status. der Abend / Vesper. der Grind / Scabies. der Wind / Ventus. der Mund / Os. der Grund / Fundus. der Hund / canis. der Bund / Fœdus, eris. der Mord / Homicidium. der Wald / Sylua. der Herd / Focus. der Held / Heros. der Schild / Scutum. der Sold / Stipendium.

Fœmi

Fœminina sunt: Die Stadt/ Vrbs, Ciuitas. die Schuld / Huld / Debitum, Fauor. die Wand / Hand / Paries, Manus die Herd/ Grex. die Gegend / Tugend / Jugend / Regio, Virtus, Iuuentus. die Zierd / Begierd / Ornatus, Cupiditas. Postrema duo etiam d abijciunt per apocopen præsertim in Carmine vt: Zier/ Begier/ sicut Thier.

Neutra sunt: Das Bad/ Rad/ Balneum, Rota das Augenlied/Glied/Lied/ Palpebræ, Membrum, Canticum. das Leid/ Luctus. das Wild / Bild / Fera, Imago. das Gold/ Aurum. das Band/ Land / Pfand / Vinculum, Regio, Pignus. das Kind / Rind/ Infans, Bos. das End/ Elend/ Finis, Miseria. das Pfund/ Libra. das Pferd/ Equus. das Feld / Rus.

Desinentia in e.

In e desinentia pleraq; Fœminina sunt, & ex omnibus terminationibus formantur assumto in fine e / vt: Die Gabe / Habe / Donum, Substantia. die Taube / Haube / Columba, Vitta. die

Gnade/ Lade/ Gratia, Cista. die Garbe/ Merges. Et abstracta à nominibus adiectiuis quantitatem aut qualitatem significantibus, vt: Die Grösse / Magnitudo. die Lenge / Longitudo. die Kürtze / Breuitas. die Weite / Amplitudo. die Breite / Latitudo. die Dicke / Crassitudo. die Höhe/ Altitudo. die Tieffe/ Profunditas. die Fleche/ Planicies. die Krümme / die Beuge / Concauitas & Conuexitas. die Güte / Bonitas. die Weisse / Albedo. die Schwertze / Nigredo. die Röte / Rubedo. die Stercke / Robur.

Masculina quoq; & Neutra sunt nonnulla δικατάληκτα, quæ vel in consonantem, vel in e mussitans desinunt, vt: Der Fried & Friede / Pax. das Gesind & Gesinde / Familia. das Hertz & Hertze / Cor. Sed vnius tantum terminationis declinationem recipiunt, vt: Des Friedes / iuxta primam declinationem, non Frieden / iuxta quartam. Des Hertzen / in quarta, non Hertzes / in tertia. Des Gesindes / in tertia, non Gesinden/ in quarta, quæ vsu discenda sunt. Idem fit in adiectiuis, & quibusdam

Fœmi-

Fœmininis, vt: Gut absolutè, & der Gute cum articulo. Die Freud/& Freude / Gaudium, in genitiuo der Freuden iuxta secundæ declinationis primum paradigma. Sic die Frawe & Fraw / in contextu, vt: Die Fraw Greffin. In genitiuo der Frawen / iuxta paradigma secundæ declinationis in e.

Desinentia in f.

Masculina sunt: Der Schlaff/ Somnus. der Brieff/ Epistola. der Griff/ Pugnus. der Kauff/ Lauff/ Knauff / Emtio, Cursus, Capitellū. der Reiff/ Schweiff/ Greiff / Pruina, Limbus, Gryps. der Wolff/ Lupus. Der Kampff/ Krampff/ Certamen. Spasmus. der Schimpff / Gelimpff/ Facetiæ, Lenitas. Der Kopff/ Topff/ Zopff/ Kropff / Schopff/ Caput, Olla, Tricæ, Struma, Porticus.

Neutra sunt: Das Schaf / Ouis. das Schaff/ Vas. das Schiff/ Nauis.

Desinentia in g.

Masculina sunt: Der Tag/ Schlag/ Vertrag / Dies, Ictus, Contractus. der

Weg / Steg / Via, Trames. der Steig / Teig / Semita, Massa, der Krieg / Sieg / Bellum, Victoria, der Trog / Linter. der Krug / Betrug / Pflug / Flug / Zug / Amphora, Fraus, Aratrum, Volatus, Expeditio. der Balg / Pellis detracta. der Klang / Gang / Gesang / Strang / Sonus, Gressus, Cantus, Laqueus. der Ring / Jüngling / Schilling Dreyling / Vierling / Annulus, Adolescens, Duodenarius, Triens, Quadrans. der Sprüg / Schlung / Saltus, Faux. der Borg / Maialis. der Berg / Zwerg / Mons, Nanus.

Fœminina sunt in ung verbalia & denominatiua, vt: Die Wohnung / Habitatio. Belohnung / Compensatio. Thewrung / Caritas. Sendung / Endung / Missio, Terminatio. Verschreibung / Obligatio. Hoffnung / Spes. die Burg / Arx.

Neutra sunt: Das Ding / Res. das Geschling / vel Geheng / Membra interiora coniunctim, vt sunt, Cor, Pulmo, Iecur, Lyen. das Beding / Conditio, Exceptio.

Deß

Desinentia in ch.

Masculina sunt: Der Bach / Torrens. der Stich/ Strich/ Schlich/ Teppich / Transfixio, Tractus, Furtiuus recessus. Tapes. Der Kelch / Calix. der Fisch / Tisch/ Piscis, Mensa. der Hirsch/ Ceruus. der Tausch / Permutatio. der Storch / Ciconica. der Schuch /Fluch/ Geruch/ Spruch/ Bruch/ Calceus, Maledictio, Odor, Dictum, Ruptura: der Bauch / Schlauch / Strauch/ Venter. Lacus, Frutex. der Teich/ Streich/ Piscina, Plaga.

Neutra sunt: Das Dach/Fach/Gemach/ Gelach / Tectum, Interstitium, Conclaue, Symposium das Bech/Blech Pix, Lamina, das Loch / Bloch/ Joch/ Foramen, Truncus, Iugum. das Fleisch/ Caro. das Buch/ Tuch/ Liber, Pannus. das Reich/ Regum. das Geleich / Seminarium piscium.

In h simplex desinentia pauca sunt, vt: Das Stroh/ Stramen. das Viehe/ Pecus.

Desinentia in i.

In i desinunt nulla Teutonica, sed in y / in Dipthongo ey.

Desinentia in ck.

Masculina sunt: Der Sack / Saccus. der Schmack / Gustus, Sapor. der Speck / Dreck / Fleck / Lardum, Stercus, Commissura. der Strick / Blick / Funis, Nutus. der Rock / Stock / Bock / Pflock / Tunica, Caudex, seu Stipes, Hircus vel Caper, Palus, i. der Danck / Tranck / Zanck / Stanck / Gratia, Potus, Lis, Foetor. der Trunck / Haustus. der Rinck / Fibula. der Schalck / Nequam. der Sarck Feretrum, Loculus. der Quarg / vel Zwarg / Coagulum. der Storck / Ciconia.

Foemininum est, die Banck / Scamnum, quod tamen quibusdam in locis in Masculino effertur, sed malè.

Neutra sunt, das Stück / Frustum, das Glück / Fortuna. das Volck / Populus. das Geschenck / Getrenck / Gelenck / Donum,

Donum, Potio, Articulus. das Werck/ Opus, Stupa, das Marck/ Medulla.

Desinentia in l.

Masculina sunt: Der Saal/ Aula, der Stahl/ Chalybs. der Stral/ Radius, der Fall/Wall/Stall/ Casus, Vallum, Stabulum. Kol / Brassica. Zoll / Vectigal. Stul/ Pful/ Sella, Lacus, us. Feil/ Delictum: Et omnia in d desinentia, paucis Fœmininis & Neutris exceptis, quæ sequuntur.

Fœminina sunt: Die Wal / Delectus. die Zal/ Numerus. Die Qual/Tormentum. die Kandel/ Cantharus. Mandel / Quindena. die Nadel / Acus. die Gabel/Furca. die Strigel/ Strigilis. die Schauffel/ Pala. die Semmel/ Simila. die Deichssel/ Temo. die Geissel / Flagrum. die Schüssel/ Patina. die Scheitel/ Vertex. die Fackel/ Fax. die Handzwel/ Mantile.

Neutra sunt: Das Thal/ Vallis. das Mal/ Prandium. das Fell / Vellus. das Spiel/ Ziel/ Ludus, Meta. das Maul /

Os, das Metall / Metallum. das Oel / Oleum. das Beil / Heil / Seil / Securicula vel Ascia, Salus, Funis.

Dubium est: Teil / Pars, der & das. Er Gemahl / Commune est, Coniunx, quod tamen & Neutrum est. Cætera Masculina sunt, quæ inter Fœminina & Neutra non sunt enumerata, præter vnum atq; alterum, quæ mihi in mentem non venerunt, Masculina sunt plura, quàm vt enumerari debeant hoc loco in el desinut.

Desinentia in m.

Masculina sunt: Der Schwam / Tam / Kam / Schlam / Stam / Fungus, Agger, Pecten, Canum, Stipes. der Schwarm / Examen. Darm / Intestinum. der Halm / Culmus. der Leim / Schleim / Reim / Honigseim / Gluten, Rythmus, Fauus. der Grem / Mœror. der Grim / Furor. der Bosem / Sinus. der Biesem / Moschum. der Athem vel Odem / Anhelitus. der Riem / Pfriem / Lorum, Subula. der Trawm / Bawm / Daum / Schaum / Saum / Somnium Arbor

Arbor, Pollex, Spuma, Fimbria. der Sturm/ Würm/ Conflictus, Classicum, Vermis.

Fœmininum est: Die Scham/ Pudor & Pudenda.

Desinentia in n.

Masculina sunt: Der Man/ Vir. der Zan/ Han/ Wahn/ Kahn/ Safran/ Schwan/ Dens, Gallus, Opinio, Linter, Crocum, Cygnus. der Thon/ Thron/ Lohn/ Hohn/ Tonus, Thronus, Merces, Contumelia. der Zaun/ Alaun/ Sepes, Alumen der Wein/ Lein/ Stein/ Schrein/ Schein/ Vinum, Linum, Lapis, Cista, Splendor. der Harn/ Vrina. der Zwirn/ Duplarium der Born/ Zorn Dorn/ Fons, Ira, Spina. der Thurn/ Turris.

Item in en desinentia pleraq;, Vt: Der Garten/ Hortus. der Namen/ Samen/ Nomen, Semen. quæ & in e exeunt, der Name/ der Same. der Karren/ Carruca. der Stecken/ Baculus. der Husten/ Tussis, der Segen/ Regen/ Rocken/

cken/ Benedictio, Pluuia, Olyra. der Wagen/ Currus. der Kasten/ Cista.

Fœminina sunt: Die Bahn / Iter. die Stirn/ Frons, tis, die Pein / Tortura. Item in on desinentia à Latinis in io formata, vt: Die Lection/ Lectio. die Nation/ Natio.

Neutra sunt: Das Bein/ Os, ossis. das Schwein/ Porcus. das Hun/ Pullaster. das Gehirn/ Gestirn / Cerebrum, Sidus. das Korn / Horn/ Granum, Cornu. das Becken/ Peluis. das Eisen/ Ferrum. das Küssen / Puluinar. das Töpffen/ Olla.

Item Infinitiui cum in nomina degenerant, vt: Das Beten / Orare, preces. Das Wachen/ Vigiliæ. das Fasten/ Ieiunium, vt dictum est in tertia regula generali.

Item diminutiua in lein/ vel lin/ Vt: Das Menlein/ das Frewlein/ Mas, Fœmina.

Desinentia in o.

In o desinentia nulla sunt, sed assumunt aspirationem, Vt: Das Stroh / Stra-

Stramen. Exod. 5. Roh / Crudus, adiectiuum. Exod. 12.

Desinentia in p.

In p. desinentia quoq; nulla sunt, sed assumunt e / Vt: Rappe / Trappe / Fusstappe / Karpe / Lippe / Krippe.

Desinentia in q.

In q desinens vox nulla est apud Germanos, ac ne quidem apud Latinos.

Desinentia in r.

Masculina sunt: Der Star / Altar / Sturnus, Ara. der Stier / Taurus. Haber / Auena. Herr / Dominus der Schleier / Peplum. der Zober / Kober / Schober / Orca, Fiscella, Meta. der Börer / Trechter / Terebrum, Infundibulum. der Leuchter / Candelabrum. der Hammer / Malleus. der Jamer / Miseria. der Hunger / Fames. der Kummer / Mœror. der Wucher / Vsura. der Ingwer / Zitwer / Pfeffer / Zucker / Gingiber, Zedoaria, Piper, Saccarum. Item verbalia omnia in er / vt:

Vt: Der Schreiber / Scriba. Treiber/ Agaso. Seuffer/Teuffer/Leuffer/Potor. Baptista, Cursor. Keuffer / Emtor. Verkeuffer / Venditor. der Spieler / Lusor. der Buler/ Amator. Hurer / Scortator. Ehebrecher / Adulter, &c.

Fœminina sunt: Die Lähr/ Doctrina. die Schar/ Gefahr/ Turba, Periculum die Klaffter/ Vlna. die Leber/ Iecur. die Schulder/ Humerus. die Feder/ Penna. die Kammer / Klammer / Cubiculum, Fibula. die Thür/ Gebür / Kür/ Ianua, Decorum, Delectus. die Spur/ Indagatio. die Ruhr/ Dysenteria. Et quæ à Latinis formantur, die Natur / Creatur/ Figur / à finali abiecto.

Neutra sunt: Das Jar/ Har/ Par/ Annus, Crinis, Par. das Bier / Thier/ Cereuisia, Animal. das Thor / Rohr/ Porta, Arundo. das Wasser / Aqua. das Silber/ Argentum. das Leder/ Corium. das Fenster / Fenestra. das Kloster/Cœnobium. das Messer/ Culter. das Wetter / Temperies, &c.

Desinen-

Desinentia in s.

Masculina sunt: Der Bass/ Hass/ Bassus, Odium. der Biss / Morsus. der Spiess / Hasta. der Verdriess / Molestia. der Schoss / Vectigal. der Grus / Salutatio. der Uberdruss/ Tædium. der Kraus/ Straus / Carchesium, Conus vel Struthio. der Flachs/ Lachs/Dachs/ Linum, Esox, Meles der Ochs / Bos. der Luchs / Fuchs / Lupus ceruarius, Vulpes. der Hals / Collum. der Fels/ Petra. der Puls / Arteria. der Fleis / Preiss / Schweiss / Diligentia, Gloria, Sudor.

Fœminina sunt: Die Laus/ Pedicus lus. die Maus / Mus. die Gans / Anser.

Neutra sunt: Das / Gras/ Mass/ Glas / Fass / Gramen, Mensura, Vitrum, Vas vel Dolium. das Los / Mos/ Sors, Muscus. das Schloss / Ross/sera vel Arx, Equus. das Wachs / Cera. das Eis/ Reis/ Glacies, Oryza vel Sarmentum; das Mus / Puls. das Taus/ Binarius. das Wammes / Thorax. Et verba

verbalia ac denominatiua in nis / vt: das Zeugnis / Testimonium. Bildnis/ Imago. Gefengnis / Carcer. Begengnis / Exequiæ. Begrebnis / Sepultura. Betrübnis/ Mœrer. Bekentnis / Confessio. Excipitur die Wildnis/ Eremus. Leuitici 16, Et quædam vtroq; in genere vsurpantur, vt: das / & die Erkentnis/ Noticia.

Desinentia in t.

Masculina sunt: Der Rat / Senatus, Consilium, Consiliarius. der Grat/ Spina piscium, & dorsi. Salat / Lactuca. der Gott / Deus. der Hut/ Mut/ Pileus, Animus. der Abt / Abbas. der Probst / Præpositus, der Stifft / Diœcesis, vel Festuca. der Streit / Pugna. der Bart / Schart / Barba, Fractura. der Wirt/ Hospes qui recipit. der Ort / Locus. der Gast / Ast / Fantast/ Pallast/ Hospes qui recipitur, Nodus, Stolidus, Palatium. der Karst / Bidens. der Mist/ Fimus. der Most/ Rost / Frost / Mustum, Ferrugo. Gelu. der Rost/ Trost / accentu circumflexo, Craticula, Consolatio.

der Hust / Tussis. der Safft / Succus. der Schafft / Ferrum hastæ. der Pracht / Magnificentia. der Specht / Hecht / Picus, Lupus piscis. der Held / Heros. der Wulst / Formula. der Durst / Sitis. Et à Græcis deducta, abiecto a finali in Latinis, vt: der Comet / Planet / Prophet / Poet / præter das Decret / Secret / quæ Neutra sunt, vt in latina.

Fœminina sunt: die That / Factum. Nat / Sutura. die Not / Angustia. die Stut / Equa. Brût / exclusio ouorum. Flut / Eluuio. die Glut / Flamma. die Hut / Custodia. Armut / Paupertas. Demut / Humilitas. Sanfftmut / Mansuetudo. die Haut / Braut / Cutis, Sponsa. die Zeit / Arbeit / Tempus. Labor. die Krafft / Gesellschafft / Virtus vel Robor, Sodalitas. die Lufft / Klufft / Aër, Hiatus. die Schrifft / Scriptura. die Macht / Nacht / Schlacht / Potentia, Nox, Conflictus. die Gicht / Podagra, Paralysis. die Zucht / Flucht / Wassersucht / Modestia. Fuga, Hydropisis. die Furcht / Timor. die Last / Onus. List / Astutia. Frist / Tempus. Lust / Delectatio,

tio. Brust/ Pectus, Mamma. Schwulst/ Tumor. Wurst/ Farcimen. die Gestalt/ Species. Welt / Mundus. Gedult / Patientia. die Art / Natura. Fart / Expeditio. die Geburt / Natiuitas. Angst / Angusta. Vernunfft / Zunfft / Zukunfft/ Ratio, Tribus, Aduentus. die Axt / Securis. Et denominatiua, in heit & keit / vt: die Keuschheit/ Künheit/ Faulheit/ Vermessenheit / Castitas, Audacia, Ignauia, Confidentia. die Erbarkeit/ Gottseligkeit / Süssigkeit / etc. Honestas, Pietas, Dulcedo: Et à Latinis in tas transmutata, vt: die Vniuersitet/ Vniuersitas, Academia. Facultet/ Facultas. Dignitet/ Dignitas.

Neutra sunt: das Riet / Pascuum. das Brot/ Lot / Panis, Drachma. Gut/ Blut/ Bonum, Sanguis. Gemüt / Geblüt/ Animus, Sanguis. das Kraut / Olus, Herba. Scheit/ Sudes. Gleit/Comitatus, conductus. Heubt / Caput. Schwert/ Gladius Nest/ Nidus. Recht/ Ius. Liecht / Candela, Lumen. Gericht/ Iudicium. Tocht / Lychnus. Ampt/ Munus. Gelt / Gezelt / Pecunia, Castra.

Bret/


Bret / Asser, Geret / Supellex. Et in ment desinentia, vt: das Testament / Element / Sacrament / Losament / Parlament / quæ & apud Latinos Neutra sunt, & supra enumerata, das Decret / das Secret / & his simile, das Bancket.

Desinentia in u.

In u desinentia nulla sunt, præter Masculinum Huhu / Bubo. Leustici ij, die Kue / Vacca, e assumit.

Desinentia in w.

Desinentia in w / non sunt alia, quàm quæ in dipthongum aw vel ew exeunt, vt: Der Taw / Ros. der Baw / Aedificium. das Gebew / idem. das Hew / Fœnum. die Fraw vel Frawe / Fœmina. die Saw / vel Sawe / Sus.



Desinentia in x.

In x desinentia pauca sunt, vt: Der Blix / Fulmen. das Crucifix / Crux sancta. Der Eidex / Lacerta. Cætera quæ vulgus per x pronunciat, scribenda &

pronuncianda ſunt per chs/ vt: Wachs/ Lachs/ Cera, Eſox.

Deſinentia in y.

In ey deſinentia Fœminina ſunt, quæ Græcis & Latinis in ia deſinunt, Vt: Philoſophey / Propheecey / Poeterey / Fantaſey / Copey / Salwey: Et ad horum imitationem facta denominatiua & verbalia, vt: die Cantzeley / Schreiberey / Zeuberey / Dieberey / Hurerey / Betriegerey / Grammatophylacium, Graphiarium, Magia, Furtum, Scortatio, Defraudatio.

Maſculina ſunt: Der Mey / Maius. der Brey / Puls.

Neutra ſunt: Das Bley / Plumbum. das Ey / Ouum.

Deſinentia in tz.

Maſculina ſunt: Der Schatz / Satz / Platz / Spatz / Theſaurus, Poſitus, Planicies, Paſſer. der Blitz / Ritz / Schlitz / Fulgur. Rima, Fiſſura. Filtz / Sagum & Euclio, Klotz / Rotz / Trotz / Truncus. Pituita, Audacia. der Nutz / Schutz / Vtili-

Vtilitas, Præsidium. Schmertz/Schertz/Stertz/ Dolor, Iocus, Stiua. Schurtz/ Calyptra. Krantz / Schwantz / Tantz / Corona. Cauda, Chorea. der Lentz / Ver, der Geitz/ Auaricia.

Fœmininum est: die Netz/ Vrina.

Neutra sunt: das Holtz / Lignum. Saltz/ Schmaltz / Maltz / Sal, Adeps, Polenta. Hartz/ Resina. Hertz/ Cor. das Netz/ Rete.

Enumeraui hactenus non omnia, sed tantùm communiora, tùm quòd breuitati studeo, tùm quod & hæc & alia hoc loco prætermissa rectius explicabuntur in Lexico Germanico, quod nunc in manibus habeo, nuper inchoatum.

NVMERVS.

Numeri duo sunt in nominibus. Singularis, vt: Der Man/ Vir. das Weib/ Mulier. Pluralis, vt: Die Menner / Viri. Weiber/ Mulieres. In formando plurali numero ex singulari, mutantur in aliquibus Vocales & Dipthongi, vt apud Ebræos puncta, videlicet a in e / o in ö/

 u in ů/

u/ in ü/ au in eu/ aw in ew/ vt: Gesang/ Gesenge/ Cantus. Gans/ Gense/ Anser. Son/Söne/Filius. Tochter/Töchter/ Filia. Buch/ Bücher/ Liber. Tuch/ Tücher/ Pannus. Haus/ Heüser/ Domus. Maus/ Meüse/ Mus. Bawm/ Bewme/ Arbor. Traum/ Treume/ Somnium. In quibusdam etiam geminantur Consonantes, vt apud Ebræos in dagessatis, vt: Das Schloss/ die Schlösser/ Arx, Sera. Gott/ Götter/ Deus. Idq; fit plerunq; in desinentibus in l/ m/ n/ s/ t/ in quibus etiam in singulari finalis litera geminatur, præter pauca anomala, & in m desinentia, quæ pro altero m recipiunt b/ quod in plurali in m redit, vt: das Lamb/ die Lemmer/ Agnus. Definit autem pluralis numerus vel in er/ vel in en/ vel in e/ vel singulari similis est, vt: das Buch/ die Bücher/ Liber. der Herre/ die Herren/ Dominus. die Hand/ die Hende/ Manus. der Engel/ die Engel/ Angelus. de qua re dicetur in declinationibus.

FIGVRA.

Figu-

Figuræ Nominum sunt duæ: Simplex: vt: Gerecht / Iustus. Composita, vt: Vngerecht / Iniustus. Et quia deducuntur ab adiectiuis compositis substantiua, possunt illa decomposita appellari, vt: Vngerechtigkeit / Iniusticia.

CASVS.

Casus Nominum sunt sex: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, qui discernuntur magis articulis quàm terminationibus. Additur tamen Genitiuo singulari plerumq; in Masculinis & Neutris, s vel es / vt: des Meisters / des Vogels / Thiers / Buchs / Rosses / Stabes / Spiesses. In Fœmininis verò, & adiectiuis in e desinentibus, additur Genitiuo singulari n / vt: die Frawe / der Frawen / der / die / das gute / des guten / quod idem fit in horum Datiuo & Ablatiuo singulari. Quædam etiam in singulari ἄκλιτα sunt, vt: die Hand / der Hand / etc. Die Lenge / der Lenge. Die Stercke / der Stercke. In plurali verò in omnibus generibus Datiuo & Abla-

tiuo additur n/ cæteri Casus inter se sunt similes, vt: Den Mennern / von den Mennern / die &. der Menner/ Viri, Virorum, Viros. Sed de hac quoq; varietate docebitur in Declinationibus.

DECLINATIONES.

Declinationes Nominum sunt quatuor. Prima est Masculinorum. Secunda Fœmininorum Tertia Neutrorum. Quarta adiectiuorum generis Omnis, & quorundam substantiuorum Masculini & Neutri generis, adiectiuis similiter desinentium.

PRIMA DECLINATIO.

Prima Declinatio complectitur nomina Masculina in quamcunq; consonantem desinentia, quibus præponitur articulus Der / quorum exempla habes suprà in singulis terminationibus. His additur in Genitiuo singulari s/ vt: Der Bauch/ des Bauchs. Der Meister/ des Meisters: vel es/ videlicet desinentibus in b/ d/ s / sch/ aw/ ey/ x / & tz / vt: Der Stab / des Stabes. Der Eid / des Eides

des

des. Der Hals/ des Halses. der Fisch des Fisches. Der Taw/ des Tawes. Der Brey / des Breyes. Der Blix / des Blixes. Der Nutz/ des Nutzes. Fit tamen hoc & in cæterum terminationum Genitiuis interdum, & in prædictis fit syncope, vt: des Stabs / Eids. Datiuus à Genitiuo fit abiecto s / vt: Des Meisters / dem Meister. Des Stabes / dem Stabe. Cæteri Casus singulares Nominatiuo sunt similes, & distinguuntur articulis. Ablatiuus Datiuo similis est.

1. In plurali, quæ in el/ en/ er/ desinebant, nihil mutant, nisi quod in Datiuo & Ablatiuo n addunt, vt: der Meister / die Meister/ den Meistern. der Engel/ die Engel / den Engeln. der Stecken/ die Stecken/ den Stecken.

2. Quæ verò in alias terminationes exeunt, assumunt in plurali e / & quædam a in e/ o in ö/ u in ü / aw in ew / & au in eu mutant in penultima, vt: der Gesang/ die Gesenge. der Rock / die Röcke. der Sprung/ die sprünge. der Bawm / die Bewme. der Zaun/ die Zeune.

3. Quæ consonantem geminant, assu-

munt er / vt: der Man / die Menner, der Gott / die Götter. His simile est, der Geist / die Geister. Datiuo & Ablatiuo plurali in omnibus additur n / vt: den Röcken / den Sprüngen / den Bewmen / den Zeunen / den Mennern / Göttern. Cæteri casus non variantur terminationibus, sed distinguuntur articulis, vt docent paradigmata, quæ sequuntur.

Paradigma in el / en / er.

Singulariter.

	Angelus.	Baculus.	Magister.
N.	der Engel /	stecken /	meister.
G.	des Engels /	steckens /	meisters.
D.	dem Engel /	stecken /	meister.
A.	den Engel /	stecken /	meister.
V.	o du Engel /	stecken	meister.
Ab.	von dem Engel /	stecken /	meister.

Pluraliter.

N.	die Engel /	stecken /	meister.
G.	der Engel /	stecken /	meister.
D.	den Engeln /	stecken /	meistern.
A.	die Engel /	stecken /	meister.
V.	o jhr Engel /	stecken /	meister.
Ab.	von den Engeln /	stecken /	meistern /

Paradigma aliarum termi- nationum.

Singulariter.

	Tunica.	Pedum.
N.	der rock/	stab.
G	des rocks/	stabes.
D.	dem rock/	stabe.
A.	den rock/	stab.
V.	o du rock/	stab.
Ab.	von dem rocke/	stabe.

Pluraliter.

N.	die röcke/	stebe.
G.	der röcke/	stebe.
D.	den röcken/	steben.
A	die röcke/	stebe.
V	o jhr röcke/	stebe.
Ab.	von den röcken/	steben.

Paradigma geminantium Consonantem.

Singulariter.

	Vir.	Deus.
N.	der Man/	Gott.
G.	des Mans/ & Mannes/	Gottes & Gotts.

D. dem

D. dem Man / Gotte & Gott.
& Manne /
A. den Man / Gott.
V. o du Man / Gott.
Ab. von dem Man / Gott & Gotte.
& Manne.

Pluraliter.

N. die Menner / Götter.
G. der Menner / Götter.
D den Mennern / Göttern.
A. die Menner / Götter.
V. o jhr Menner / Götter.
A. von den Mennern. Göttern.

SECVNDA DECLINATIO.

Secunda Declinatio complectitur nomina Fœminina, in consonantem quamcunq; vel in e desinentia, quibus præponitur articulus Die / quorum exempla habes suprà in singulis terminationibus.

1. Quæ in Consonantem desinunt, in singulari numero aptota sunt: In plurali verò e assumunt, & Vocales mutant, a in e / o in ö / u in ü / au in eu / & in Dativo

uo & Ablatiuo n addunt. vt: die Hand/ der Hand. die Hende/ den Henden. die Not/ der Not/ pluraliter die Nöten. die Brust/der Brust. die Brüste/den Brüsten. die Haut/der Haut. die Heute/den Heuten. Nota. die stad/ præter e assumtum interponit t/ die stedte.

2. Quæ in e desinunt, si sint substantiæ, in singulari Nominatiuum, Accusatiuum & Vocatiuum habent similes, in cæteris Casibus & in toto plurali assumunt n/ vt ostendet Paradigma. Sin fuerint substantiua abstracta à nominibus quantitatem & qualitatum, aut relatiua, vel tempus significantia. sunt aptota in singulari, & plurali plerumq; carent, vel cæteris in e similiter formantur.

Paradigma in Consonantem desinentium.

	Singulariter. Manus.	Pluraliter.
N.	die Hand/	die Hende.
G.	der Hand/	der Hende.
D.	der Hand/	den Henden.
A.	die Hand/	die Hende.
V.	o du Hand/	o jr Hende.

Ab. von der Hand / vòn den Henden.

Paradigma in e / significantium substantiam.

Singulariter.	Pluraliter.
Cista,	Arca.
N. die Lade /	die Laden.
G. der Laden /	der Laden.
D. der Laden /	den Laden.
A. die Lade /	die Laden.
V. o du Lade /	o jhr Laden.
Ab. vòn der Laden /	vòn den Laden.

Paradigma in e abstractorum à quantitatibus & qualitatibus, item relatiuorum, & tempus significantium.

Singulariter.

Longitudo.	Hora.
N. die Lenge /	stunde.
G. der lenge /	stunde.
D. der lenge /	stunde.
A. die lenge /	stunde.
V. o du lenge /	stunde.
Ab. von der lenge /	stunde.

Pluraliter.

Caret. vel.

N. die lengen/	die stunden.
G.	der stunden.
D.	den stunden.
A.	die stunden.
V.	o jhr stunden.
Ab.	von den stunden.

TERTIA DECLINATIO.

Tertia Declinatio complectitur nomina Neutra in quamcunq; Consonantem desinentia, quibus præponitur articulus Das / quorum exempla habes supra in regulis specialibus. His additur in Genitiuo singulari, vt Masculinis in prima Declinatione, s vel es / præsertim desinentibus in b / d / es / sch / ew / ey / x / tz / vt: das Brot/ des Brots/ das Grab/ des Grabes. das Land/ des Landes. das Schloss / des Schlosses. das Fleisch / des Fleisches. das Hew/ des Hewes. das Bley / des Bleyes. das Crucifix/des Crucifixes. das Holtz/ des Holtzes. Datiuus formatur à Genitiuo abiecto s/ vt dem Brot/dem Grabe/ Lande/ Schlosse/ etc.

1. In plurali, quæ ſingulariter in f/ g/ k/ l/ n/ r/ deſinunt, aſſumunt, e/ vt: die Schafe/ die Dinge/ die Geſchencke/ die Spiele/ die Schweine/ die Thiere. Excipiuntur das Volck/ die Völcker. das Maul/ die Meuler. das Korn/ die Körner. das Horn/ die Hörner/ das Hun/ die Hüner/ quæ ſequentium formationem imitantur.

2. Quæ in cæteras Conſonantes deſinunt, aſſumunt in plurali er/ mutatis vocalibus & diphthongis vt in ſuperioribus Declinationibus, vt: das Grab/ die Greber. das Lied/ die Lieder. das Loch/ die Löcher. das Buch/ die Bücher. das Haus/ die Heuſer. das Schwerd/ die Schwerdter. das Holtz/ die Höltzer. Excipitur, das Pferdt/ die Pferde/ & das Roſs/ die Roſſe. Et quod vtroq; modo format plurale, das Wort/ die Wort/ & Wörter.

3. Deſinentia in er/ & diminutiua in lein vel lin/ & quædam alia, Genitiuo ſingulari addunt s/ & Datiuo & Ablatiuo plurali n/ cæteros caſus ſingulares & plurales habent ſimiles, vt: das Waſſer/

des

des Wassers / die Wasser / den Wassern. das Menlin / des Menlins / die Menlin. das Brot / des Brots / die Brot/den Broten.

2. Deriuata in nis assumunt in plurali, e / & consonantem geminant, vt: die gleichnisse.

Paradigma in n / quod sequuntur desinentia in f/g/ck/l/r.

Singulariter,

	Porcus.	Ouis.
N.	das Schwein/	das schaf.
G.	des schweins /	schafs.
D.	dem schweine/	schafe.
A.	das schwein/	schaf.
V.	o du schwein/	schaf.
Ab.	von dem schweine.	schafe.

Pluraliter.

N.	die schweine /	schafe.
G.	der schweine/	schafe.
D.	den schweinen/	schafen.
A.	die schweine /	schafe.
V.	o jhr schweine /	schafe.

Ab. von den schweinen/ schafen.

Paradigma in aliam Consonantem exeuntium.

Singulariter.

Liber.	Regio.
N. das buch/	land.
G. des buchs/	landes.
D. dem buch/	lande.
A. das buch/	land.
V. o du buch/	land.
A. von dem buch.	lande.

Pluraliter.

N. die bücher/	lender.
G. der bücher/	lender.
D. den büchern/	lendern.
A. die bücher/	lender.
V. o jhr bücher/	lender.
Ab. von den büchern.	lendern.

Paradigma in r & lein desinentium.

Singulariter.

Aqua.	Fœmella.
N. das Wasser/	frewlein.

G. des wassers/	frewleins.
D. dem wasser/	frewlein.
A. das wasser/	frewlein.
V. o du wasser/	frewlein.
Ab. von dem wasser.	frewlein.

Pluraliter.

N. die wasser/	frewlein.
G. der wasser/	frewlein.
D. den wassern/	frewlein.
A. die wasser/	frewlein.
V. o jhr wasser/	frewlein.
Ab. von den wassern/	frewlein.

Diminutiua in lein præter Genitiuum singularem prorsus sunt ἄκλιτα.

Paradigma in nis.

Singulariter.	Pluraliter.
Testimonium.	
N. das zeugnis.	die zeugnisse.
G. des zeugnis.	der zeugnisse.
D. dem zeugnis.	den zeugnissen.
A. das zeugnis.	die zeugnisse.
V. o du zeugnis.	o jhr zeugnisse.
Ab. von dem zeugnis.	von den zeugnissen

QVARTA DECLINATIO.

Quarta Declinatio complectitur nomina adiectiua generis Omnis, quibus præponuntur articuli der / die/das / vt: der gute/ die gute / das gute. His in omnibus Casibus singularis & pluralis numeri additur n / excepto Accusatiuo singulari, quem Fœminina & Neutra habent Nominatiuo similem, & præter Vocatiuum singularem, qui in Masculinis in er desinit, in Fœmininis in e / in Neutris in es / vt: o du guter / o du gute / o du gutes.

Horum flexionem sequuntur & alia quædam Masculina & Neutra substantiua ἀκατάληκτα, quæ vel in e mussitans, vel κατ' ἀποκοπὴν in Consonantem desinunt, vt: der Knabe & Knab. der Herre & Herr. das Hertze & Hertz. nisi quod Vocatiuum Nominatiuo habent similem: Similiter quæ à Græcis veniunt, der Planet/ des Planeten/dem Planeten / etc. Sunt tamen quædam ἀκατάληκτα, quæ non hanc, sed tertiam Neu-

Neutrorum & primam Masculinorum Declinationem sequuntur, vt: Der fried & friede/des friedes/Esaiæ 9. Das gelenck & gelencke / des gelenckes. Sunt etiam quædam τρικατάληκτα, vt: Der nam / sam / quæ terminatio rarior est: & der name / same / quæ forma frequentissima est, & der namen/ samen / in prima Declinatione, iuxta quam terminationem formantur Casus, vt: des samens/ namens. De adiectiuis quoq; obseruandum est, quòd absoluta, cum prædicati loco ponuntur, sunt ἄκλιτα, vt: Der Man ist klug / die Menner sind klug. Cum articulis verò declinantur in hac Declinatione, vt. ostendet paradigma sequens. vt: der gute/ des guten/ die guten/etc. Substantiuis verò addita abijciciunt n/ in Nominatiuo, Accusatiuo & Vocatiuo plurali, vt: weise Menner/schöne Frawen/fette Schweine. Et Genitiuis singularis & pluralis, in formulis laudandi & vituperandi desinit in terminatione articuli, ipso dissimulato, vt: guts muts/ Lucæ 15. guter dinge/schöner gestalt/böses sinnes/gutes verstandes/guter art/etc.

Paradigma adiectiuorum trium generum.

Singulariter.

	Maſc.	Fœmin.	Neutrum.
	Bonus.	a.	um.
N.	der	die	das gute.
G.	des	der	des guten.
D.	dem	der	dem guten.
A.	den guten	die gute	das gute.
V.	o du guter	gute	gutes.
Ab.	von dem	der	dem guten.

Pluraliter.

	Maſc. Fœmin. Neutrum.
N.	die guten.
G.	der guten.
D.	den guten.
A.	die guten.
V.	o jhr guten.
Ab.	von den guten.

Paradigma Maſculinorum ſubſtantiuorum ἀκαταλή[illegible]ων.

Singulariter. Pluraliter.

Puer.

Puer.

N. der knabe & knab.	die knaben.
G. des knaben.	der knaben.
D. dem knaben.	den knaben.
A. den knaben.	die knaben.
V. o du knabe & knab.	o jr knaben.
Ab. von dem knaben.	von den knaben.

Paradigma Neutrorum substantiuorum διακατηλήκτων.

Singulariter.	Pluraliter.
Cor.	
N. das hertze & hertz.	die hertzen.
G. des hertzen.	der hertzen.
D. dem hertzen.	den hertzen.
A. das hertze & hertz.	die hertzen.
V. o du hertze & hertz.	o jhr hertzen.
Ab. von dem hertzen.	von den hertzen.

DE HETEROCLITIS.

Sunt & anomala quædam, præsertim defectiua numero: Multa enim sunt, quæ plurali numero carent. Quædam etiam incertis tantum Casibus inueniuntur. Quædam etiam singularem numerum non habent.

Singularia tantùm sunt:

1. Virorum, Mulierum, Vrbium, Pagorum, Montium, Fluuiorum & Ventorum nomina, vt: Johannes/ Lucas/ Jacob/ Anna / Maria/ Leipzig / Herzberg/ Goldberg / Bendeleben/ Grüningen / Strausberg/ Wolffsberg/ Hundsberg. Elster/ Wipper/ Neisse : Ostwind/ Ostnord// Ostsude / Nordost / etc.

2. Elementa, Planetæ Sidera, Quadrantes anni, Menses, Plagæ mundi, & quæ in aëre generantur, vt : Erde/ Wasser/ Lufft/ Fewr/ Himel/ Sonn/ Mond/ Jupiter/ Abendstern/ etc. Kluckhenne/ Wagen/ Jacobsstab/ etc. Lentz/ Sommer/ Herbst/ Winter/ Jenner/ Hornung/ Mertz/ etc. Morgen/ Auffgang/ Abend/ Nidergang/ Mittag/ Mitternacht: Hagel/ Schnee/ Regen / Reiffe/ Taw/ etc.

3. Terra nascentia, vt Frumenta, Legumina, Herbæ, Aromata, Metalla, vt : Rocken / Weitze/ Gerste/ Haber/ Heidekorn/ Hirsen/ Grütze/ Reis/ Gries: Kol/ Petersilge /Salat / Salwey/ Maioran/ Eisop/ Fenchel / Senff/ Hew/ Stroh/ Gras / Grummat/ Futter/ Hanff/ Lein/ Flachs /

Flachs/ Hopffe / Pfeffer/ Ingwer/ Zit-
wer/ Kalmus / Galgen / Saffran / Zu-
cker: Gold/Silber/Zin/Bley/Messing/
Kupffer/ Eiser/ Stahl/Ertz / Zinober/
Alaun/Hartz/Pech/etc.

4. Materiæ vestium, & quæ ad pe-
num pertinent, quæ vel mensurantur, vel
ponderantur, vt: Gewand / Leinwand/
Sammat/ Damasck / Schamlet / Kar-
teck/ Harres / Macheier / Setin / Zin-
del/ Zwillich/ Parchent/ Zwirn/Seide/
Garn/ Flachs/ Wolle / Wein / Bier/
Muscateller/ Essig/ Milch/ öl/ Speck/
Butter / Schmaltz / Saltz / Fleisch /
Wachs/Vnschlit.

5. Humores in corpore, affectus,
sensus, sensuum obiecta, morbi, virtu-
tes, vicia, & quantitatum ac qualitatum
abstracta, vt: Blut / Schweis/ Galle/
Harn/ Rotz: Zorn / Grim / Hass / Ei-
uer / Neid Furcht / Kummer / Schre-
cken / Liebe: Geschmack/ Geruch / Ge-
sicht/ Gehör : Süssigkeit / Bitterkeit/
Gestanck/ Vnflat/Vnlust/ Weirauch/
Liecht/ Finsternis / Weisse/Schwertze/
Röte / Klang / Geschrey / Getümmel/

Krachen/Prasseln/Kelte/Werme/Hitze/Hertte/etc. Pestilentz/Fiber/Gicht/Ruhr: Weisheit/Klugheit/Verstand/Trewe/Glaube/etc. Hurerey/Dieberey/Vnzucht/Geitz/Wucher/etc. die Lenge/Kürtze/Breite/Dicke/Tieffe/Weite/Grösse/Flache/Krümme/Beuge/Güte.

6. Sunt & hæc singularia tantùm: Raub/Tod/Sand/Mund/Scham/Fried/Schlaff/Teig/Anfang/Danck/Zanck/Schleim/Mist/Fleis/Rost/Schimel/Hunger/Durst/Nutz/Schutz/Gefahr/Gifft/Macht/Helle/Not/Antwort/Wild/Mos/Los/& quædam alia. Inueniuntur tamen quædam ex his, pluraliter elata in certis Casibus, vt: Last sie mit frieden/ Marci 16. In nöten die Weine.

-Pluralia tantum sunt.

Die Leute/die Ahnen/die Eltern/Schlossen/Graupen/Et festorum nomina, die Weinachten/die Ostern/die Pfingsten/& quæ nunquam sola sunt, hoc est, in quibus species, non indiuiduum spectatur, vt: Bonen/Erbsen/

Linsen/ Kichern/ Erucn/ Gurcken/ Pfe- bcn/ Kappern/ Feser/ Trebern/ & numeralia post vnum & similia. Sed & hæc & superiora variant ratione dialectorum.

Heteroclita seu anomala.

Amptman/ Amptleute. Heubtman/ Heubtleute. Spielman / Spielleute. Landsman / Landsleute. Altarman / Altarleute.

DE SPECIEBVS NOMINVM.

Nominum alia sunt primitiua, vt : Gott/ Himel : Alia deriuatiua, vt: Göttlich / Himlisch. Deriuantur autem vel à nominibus, vel à verbis, vel à partibus indeclinabilibus. Suntque alia Adiectiua, alia substantiua.

Adiectiuorum terminationes.

In isch / desinentia possessionem significant, aut proprietatem, aut gentem, aut patriam, aut sectam, vt : Himlisch / irdisch / hellisch / einheimisch / auslendisch / wetterwendisch / Römisch / Polnisch/ Bemisch/ Meissnisch / Hertzber-

gisch/

gisch/ Wittenbergisch / Keyserisch/ Königisch/ Churfürstisch/ Lutherisch/ Papistisch/ Caluinisch/ Flacianisch/ etc.

In ig/ desinentia cum Consona primitiui qualitatem significant, vt: barmhertzig/ almechtig/ ewig / gütig/ gnedig/ andechtig / züchtig / fleissig / lebendig / groesmechtig, durchleüchtig/ günstig/ etc.

In lich desinentia etiam significant qualitatem, seu inesse vel adesse quippiam alicui, vt: lieblich/ freundlich / höfflich / wünderlich/ scuberlich. Significant etiam gestum seu statum, & possesionem, vt: mündlich / schrifftlich / persönlich/ redlich / betrieglich/ Königlich/ Fürstlich.

In icht / copiam significant & plenitudinem, vt: adericht/ steinicht/ bergicht/ höckericht.

In bar & sam similiter copiam & plenitudinem significant, vt: Ehrbar / Achtbar/ manbar/ rüchtbar / fruchtbar / kauffbar/ wunderbar/ offenbar/ zinsbar/ dienstbar / Ehrsam / Tugendsam / heilsam, mühsam/ lobesam/ gnugsam/ furchtsam/ friedsam/ arbeitsam.

In

In hafftig / desinentia significant & ipsa copiam, vt: lehrhafftig / warhaff-tig / namhafftig / schamhafftig / hertzen-hafftig / teilhafftig / ehrhafftig / weschhaff-tig / Lügenhafftig / boshafftig / arthaff-tig.

In reich desinentia etiam copiam si-gnificant, vt: fischreich / kornreich / tu-gendreich / sinreich.

In en vel ern / significant materiam ex qua, vt: gülden / hültzern / eichen / ten-nen / fichten / wüllen / leinen / flechsen / henffen / seiden / rinden / kelbern / beinern / steinern / eisern / silbern / küpffern / ehern / ströhern.

Substantiuorum terminationes.

In er desinentia, verbalia sunt aut denominatiua, officium, gentem, aut pa-triam significantia, & omnia Masculina, vt: Heuchler / Schmeichler / Geuckler / Verreter / Pfeiffer / Geiger / Wechter / Pförtner / Cantzler / Kemerer / Fresser / Seuffer / Schlemmer / Prasser / Spie-ler / Hurer / Ehebrecher / Jeger / Kleger / Richter /

Richter/ Meissner / Schlesier / Düringer / Mercker/ Hertzberger/ Wittenberger Bendeleber. Et quæ r vel er/ abijciũt, vt: der Sachs/der Franck/der Frantzoss.

In sal desinentia copiam significant seu habitum, vt: jrrsal/trübsal/scheusall/labsal. In thum desinentia itidem significant vt præcedentia, vt: Heiligthum/ Priesterthum/Bapstum / Keiserthum/ Fürstenthum/Hertzogthum / Bisthum/ Reichthum / Jrthum/ Magthum.

In ung verbalia & denominatiua sunt, omniaq; Fœminina, vt: wohnung/belohnung / theurung / sendung / verschreibung / hoffnung. In heit & keit / abstracta sunt ab adiectiuis, & sunt virtutum ac viciorum nomina, omniaque generis Fœminini, vt: weisheit/keuscheit/ kühnheit / vermessenheit / faulheit/ klugheit/ torheit/ Erbarkeit / Gottseligkeit/ trawrigkeit/ süssigkeit/ etc.

In ey desinentia verbalia sunt & denominatiua, actionem aut officium significantia. & sunt omnia Fœminina, vt Dieberey/ Schreiberey / Cantzeley/ Betriegerey/ Hurerey/ Zeuberey / Schelmerey/ etc. In

In ſchafft/ denominatiua ſunt & Fœminina omnia, relationem ſignificantia, vt: Erbſchafft/Freundſchafft / Vetterſchafft / Schwegerſchafft / Geuatterſchafft / Brůderſchafft/ Meiſterſchafft/ Geſelſchafft / Bürgerſchafft / Bürgſchafft/ Graffſchafft/Herrſchafft/Manſchafft/Jungfrawſchafft/Prieſterſchafft Rechenſchafft / Wiſſenſchafft / Kindſchafft/Vormündſchafft/etc.

In nis verbalia, ſunt & denominatiua, pleraq; generis Neutri, vt: das zeugnis/ gefengnis / betrůbnis/ Begrebnis/ begengnis/ verbündnis/verlöbnis/bildnis/ erkentnis. Quædam in Fœminino etiam vſurpantur & à quibuſdam per nüs ſcribuntur, vt: Die erkentnis / die wildnis / Leuitici 16.

In lein deſinentia, diminutiua & Neutra ſunt omnia, vt: das Menlein / Frewlein/ Megdlein/ Kneblein / Kindlein/Büchlein/Tüchlein. Hæc ab alijs per lin/ab alijs per le / à vulgò per chen præcedente, i efferuntur, vt: das Menlin Menle / Mennichen. Das Kneblin / Kneb-

Kneble / Knebichen. Atq; hactenus de Nomine.

DE PRONOMINE.

PRonomini accidunt, Species, Significatio, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus, Declinatio.

SPECIES.

Pronominum alia sunt Demonstratiua, alia Relatiua, alia Interrogatiua, alia Possessiua, alia Reciproca.

Demonstratiua sunt: Ich / du / der / dieser / jener. Ego, tu, ipse, hic, ille, etwas / aliquid.

Relatiua sunt: Er / der / derselbige / so / welcher. Is, ipse, ille, qui.

Interrogatiua sunt: Wer / welcher / waser / quis, qui, cuias.

Possessiua sunt: mein / dein / sein / vnser / ewer / jr / meus, tuus, suus, noster, vester, a, um.

Reciproca sunt: Er / sein / jr / sui & suus.

GENVS.

Pro-

Pronomina primitiua primæ & secundæ personæ sunt generis Omnis. Interrogatiuum, Wer / Commune est, & Neutrum eius Was / vt apud Græcos τίς τί, & apud Ebræos mi interrogatiuum de persona, & meh quod Interrogat de re. Cætera omnia mouentur per tria genera distinctis terminationibus, Der / die / das / Jener / jene / jenes / Welcher / welche / welches. In possessiuis Neutrum Masculino simile est, vt: Mein / meine / mein / Dein / deine / dein / Sein / seine / sein / Vnser / vnsere / vnser / Ewer / ewere / ewer / jr / jre / jr. Pronomen. Er irregulariter mouetur & declinatur, vt: Er / sie / es / sein / jrer / sein / etc. Soin declinabile est ex Ebræo tsu jrer deductum.

מִי

מָה

צו

NVMERVS.

Numeri duo sunt: Singularis, vt: Jch / Du / Er. Pluralis, vt: Wir / jr / Sie.

FIGVRA.

Pronomina alia sunt simplicia, vt: Der / Ille, Was / Quid. Alia composita,

 vt:

vt: Derselbige / Ille, Ipse, Etwas / Aliquid. Quæ latinis pronomina composita sunt, vt aliquis, quisq; &c. apud Germanos inter Nomina referuntur, vt: Jemand / Aliquis, & priuatiuum eius, Niemand / Nemo, ein Jeder / ein Jglicher / ein Jederman / vnusquisq;, singuli. Idem sentiendum de his, welcherley / wasserley / solcherley / qualis, talis, cuiusmodi istiusmodi.

PERSONA.

Personæ tres sunt. Prima, vt: Jch / Wir / Ego, Nos. Secunda, vt: Du / Jr / Tu, Vos. Tertia, vt: Er / Sie / ille, illi. Interrogatiuum Wer quærit de persona, Was de re. Similiter compositum eius etwas / quod in solo Nominatiuo, Accusatiuo & Ablatiuo singulari vsitatum est, vt: Es ist etwas darhinder / Aliquid latet. Jch habe etwas zusagen / Habeo aliquid dicere, vel, quod dicam. Jch wils in etwas giessen / Infundam in aliquid. Binde es mit etwas zusammen / Colliga seu connecte re aliqua.

CASVS.

Casus sunt ijdem qui in Nomine, sed Vocatiui non est vsus, nisi in ijsdem, quæ & apud Latinos admittunt Vocatiuum, Tu, Meus, & Noster, vt: O Du/ o Jr: o mein Gott/ o meine Liebsten/ o vnser Vater/etc.

DECLINATIO.

